



10  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10



1649.

1. Piccius, Gregorius: De antichresi. ad l. 17 C. de usura
2. Diekherr, Christophorus Ludovicus: De stylo curiae
3. Espichius, Jacobus Valentinus: Specimen examinis ter-  
men tauri.
4. Frantz, Johannes Zacharius: De remediis adversus  
inacqualitatem divisionum competentibus.
5. Piccartus, Gualff. Jacobus: De rebus paribilibus. C. C.  
16. de poenis
6. Reckan, Johannes: De defensione necessaria
7. Prentkerantz, Cornificius: De jure Danico.
8. Lax, Johannes Melchior: De sententia illentri:  
solue et repetere.
9. Sebling, Johann Baptistus: De re litigiosa.
10. Schoem, Christianus: De prohibitione alienationis  
in ultimis voluntatibus.



1649

11. Schoene, Hieronymus: De purgatione moral  
12. Tabos, Joh. Vlllo: De um syntheticae juris prudentiae  
in analytica. Spec. 3.  
13. Tabos, Joh. Vlllo: De crimine stellionatus  
14. Thilo, Georgius Melchior: De definitione et necessi-  
tate fidei, ex principis juris naturalis et gentium

1650.


1. Piccius, Gregorius: De defensione necessaria  
2. Piccius, Gregorius: De forma et modo testandi  
3. Piccius, Gregorius: De fiduciariis, (bonique)  
beneficiis.  
4. Bittschius, Casparus: Locas questionum, quae ut curas  
pro amico commendantur. 2 Sampl. 1650: 1728.  
5. Muebling, Johann: De jure fisci  
6. Casperus, Christophorus: De pollicitationibus  
7. Guelcken, Tobias Morianus: De restitutionibus in integrum


1680.

8. Roemer, Cornelius: De supereminenti domino  
9. Schulz, Philippus: De jure latioris  
10. Saltorius, Bernhardus Balthasar: De jure majorum  
status majoribus  
11. Tabor, Joh. Otto: Sacrosanctio et privilegium novum  
de non appellando, ducum Brunsvic. ac. Lüneburgensium  
12. Tabor, Joh. Otto: De modis acquirendi feudum  
13. Thomas, David: De proregetis

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*














475.  
PRÆSIDE DEO.

*Magnifico, Nobilissimo & Amplissimo  
Consilio Iuridico in alma Argentoratensium  
Universitate, decernente.*

DISPUTATIO INAUGURALIS  
LEGITIMA

1649, 5.

*De*

REBUS PUNIBILIBUS  
E L. XVI. DE POENIS

Juxta septem modos exhibitis,

*Quam*

Pro summis in utraque Jurisprudencia  
privilegiis & honoribus ritè capeffendis

*Solemniter examinandam edit*

GUOLFG: JACOBUS PICCARTUS  
Suinfurtens. Fr.

*Anno 1649. die Julii.*



ARGENTORATI

Imprimebat JOHANNES Pichel/ Typogr.

RESIDERE DEO

Georgio, Nobilissimo & Illustrissimo  
Electo Saxonico in curia Regia  
Saxoniae Electorali

DISPUTATIO INAUGURALIS  
LEGITIMA

REBUS PUNIBILIBUS

E. I. XVI. DE PENIS

Insuper in conspectibus

Q. M. M. M.

Procuratoris in rebus iustis ad  
privilegiis & honoribus nec capere

Solentur ex officio

GUOLFF JACOBUS PICTOR

Stimulatus

anno 1743. die 17. Julii



REGENTORUM

Impressoribus] orales p[ro]p[ri]etate

Infer

Continens istius


Trac  
exhib  
puni  
p[er]n  
jecta




Inscriptionem.

Contingens ifius


§. 2.



Tractationem, exhibentem res punibiles, ut pœnarum objecta, proposita.



§. 8.



Analysis dichotomica L. 16. de pœnis.

Inscriptionem.

Absolute, quæ coërentur ea quæ facinorosi commiserunt per.

- Semetipfos
  - Factis, ut furta cædésque
  - Verbis
    - Pronunciatis, ut convicia & infidæ advocaciones
    - Scriptis, ut falsa & famosi libelli,
- Alios, quos communicatō consilio juvant, hinc conjurationes & latronum conscientia.

princip.

Communitum

Causa & intentio faciendi: Nam quæritur, an v. g. verberaverint, qui jus emendationis

- habent ut Magistri
- Parentes §. 2.
- Non habent, ut extranei.

Singula, ut

Constituentes, quæ accedunt ad maleficia.

Personatum

Agentis & Patientis

In utrisque ratio habetur, &

Potestatis

- Privatæ
- publicæ

Domesticorū quæ quidam

- Extraneorum Magistratū
- Privati

Præsumunt Domini Parentes

Subsumunt Servi Liberi §. 5.

Certa quædam, Nam

Locus distinguit delictorum

- Pœnas, ut capitalem à non capitali §. 4.
- servum emanforem à fugitivo, §. 5.
- furem nocturnum à diurno,

Generaliter. §. 1.

Animo deliberato, Et attenditur ad eius causas

Respectu septem modorum, qui traduntur &

Specialiter, ubi inspicitur, an perpetratum sit crimen

Accidentes, ut

Qualitas, quæ Demoſthenis auctoritate discernuntur facta

- Atrociora à Levioribus,

Quantitas, quæ discernitur fur ab abigeo. §. 7.

quorum quædam nomen habent

- ordinarium
- Publicū ut Grassaturæ à rixis.
- extraordinarium, veluti expilationes à furtis.
- vagum, violentia à petulantia.

certū, uti delictum §. 6.

Casu & eventu, qui, (ut declarari potest ex l. 11. §. 2. h.)

Propositur pr. huius §. 8.

Exponitur & applicatur:
 

- Proposito, ibi: quam lex &c. §. 8.
- Impetui, ibi: Et ideo.

Peculiariter sub certâ pœnarum exasperatione, faciendâ propter.

Provinciarum quarundam morem, quæ sunt

determinatæ, ut Africa, Mysia, gravius punit Messium incensores vitium incensores §. 9.

Exemplum & multitudinem personarum grassantium §. 10.

indeterminatæ; loca, in quibus metalla sunt, exasperant pœnam adulteratæ monetæ

Contingens istius

Tractationem, exhibentem res punibiles, ut pœnarum objecta, proposita







Ci  
lu  
R  
fa  
R  
qu  
ca  
oc  
lu  
ci  
pe  
ve  
q  
ai  
no

I  
q  
v  
p  
n  
fe

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*







Proœmium.



Uti vitis nutriendis parcat, cum patre confertur, nolente cultrum puero rapere, ne plorantem audiat c. 23. q. 5. c. 38. Hic enim lethalis ictus spectaculo contristabitur; ille plura civitatis membra tragico tracta videbit exitu. Quare cum interfit Reipublicæ delicta coërceri l. 6. de def. inf.

Civit. pœnis & præmiis, duobus quasi fulcris eam Ulpianus l. 1. §. 1. de iust. & iur. continet. Quorum hæc me consecuturum confido, si de REBUS PUNIBILIBUS, iuvante Sacrà Triade, decernente Magnificâ facultate Juridicâ, suadente præsertim Amplissimo Dn. D. JOHANNES REBHAN, Præceptore meritissimo, qui me cum hîc dego, ad altiora quotidie direxit ductum Legis 16. de pœnis secutus, pro instituto pauca subjecero. Nec enim æthyopem lavavero, aut frustra in plerisque occupatus fuero, quantumcunque Photinianos & Enthusiastas, nullum supplicium somniantes Schmaltz. contr. Disput. 6. Frantz. de Reb. civilib. pag. 390. suus fascinet error, collapsurus, negatô, merum Imperium in N. T. Magistratui ademptum esse f. Matth. 26. vers. 52. Rom. 13. vers. 4. quod non simpliciter ad politiam Mosaicam, sed ad moralia quoque pertineat, Genes. 9. v. 6. Gerh. de Magistr. polit. c. 6. sect. 5. m. 2. art. 3. n. 296. Igitur vanæ populi voces non sunt audiendæ, quo minus noxius condemnetur, aut innocens absolvatur l. 2. §. 1. C. h.

THESIS I.

Est autem explicanda Legis tum inscriptio, tum tractatio, sicuti patet in subjecta *ἱερογὰφία*, non Apellis virgine, sed capto quodam experimento de analytici huius studii utilitate, qualiscunque connexionis veniam inde merito, quod etiam plerique veterum *ἱερογὰφοι* non aded accuratis dichotomiis studuerint & sæpius in proximè præcedentis tituli raptò verbulo continuandi rationes posuerint, ut, si in tabulam conjicerentur, figura volantium anserum processura sit. Resolvitur l. 16. de pœnis, neglecto mōi iudicio.

A

difficul-



difficiliter scindi? aleam ipse subi, & nocte concinnius! Tædium & nauseam tibi parit materierum multitudo è juris scaturigine hausta, & jactas singularium collectionem & discussionem? Quæram: in universo juris latifundio an nullibi extet Rhodus, in qua saltes? Mihi persuasum habeo, utilius esse ipsius fontis latices propinare, quàm pagellas authoritatibus consumere. Sicubi autem in tot rerum terribilium enodandis circumstantiis (ut vocantur) lapsus, aut in contrariarum legum examinatione, quarum in hisce juris articulis penè multæ occurrunt, hallucinatus fuero, non terribiliter, sed blandè moneas, fortè dicti rationem reddidero.

Inscriptio  
liberatur  
l. à Paganus  
equi-  
vocatione.

II. Pœnas inscriptio paganis minatur, quas quid interest scrutari, cum isti communium delictorum nondum rei, bonis confiscatis, Româ exulare jubeantur *l. ult. § 3. de paganis*? Paganus Ethnicus est vel Christianus. Ille dissidet à Christo militantibus & paganalia, cultum idololatricum, celebrat *l. tit. de Paganis*. quam vocem ex *Synops. Basil. 1. cap. 3. ωει ἐθνικων* dictam, quod initio nascentis Ecclesiæ inter ceteras Gentes Græci obstiterint Evangelio, *Goth. opinatur ad rubr. d. t. lit. c.* atque paganos per contemptum appellatos esse: Atqui opprobria fingere Christianos priscos non esse solitos, & paganorum nomen ante annum Christi 400. de Gentibus usurpatum existimat *Bachov. 2. 10. 1. G.* conjecturam conjecturâ trudens: cum pauci Christiani, plerique autem in provinciis Ethnici, qui non militabant, pagani citra opprobrium dicerentur, nomen Paganorum proprium esse factum non Christianis.

III. Paganus Christianus consideratur. *ἄρνησις* remoto (1) Clericò, qui jure canonico vel atroci de crimine convictus saltem ab officio removetur, & in carcerem inclusus, pane doloris & aqua angustia sustentatur *cap. 27. extr. de V. S.* non antè Judici sæculari faciliè tradendus, quàm incorrigibilis fuerit excommunicatus & contumacia crescente anathematis mucrone percussus *c. 10. Extr. de judic.* Ecclesia nihilominus efficaciter intercedente, ut citra mortis periculum sententia moderetur *d. cap. 27.* Casus exceptos, quibus ommissa hâc gradatione, rectà ad sæcularem judicem itur, legere licet *apud Vinnium de process. D. 4. num. 3. Farin. Theor. crim. p. 8. num. 1.* quin etiam Laicis blandiuntur Canones, & asperrima crimina veluti paricidium, inter ferales angustias expiandum *§. 6. Inst. de public. iudic.* aliquot annorum vel arbitrariâ pœnitentia dilui posse statuunt *cap. 7. extr. de pœnit.* cum conjugii turgido vultu maritus exprobrasset, quod filius esset adulterinus, ipsa iracundiæ calore mota, filium interfecit, & perpetuam pœni-

pœnitentiam cœlibatûmque, prætenfa carnis fragilitate, potuit evitare  
*cap. 1. extr. de his qui filios occid.* quòd DEUS non inhiet morti peccato-  
 ris, sed eius conversioni vitæque *Bart. 121. num. 146.* quæ ratio ridicula  
 est. *Rittershus. de differ. Iur. Civ. & Canon. lib. 6. cap. 5. fin.* Jure Civili  
 novissimo distinguitur inter causas civiles, Ecclesiasticas & criminales.  
 Utrobique quidem Clericus coram Episcopo est conveniendus, *No-*  
*vell. 83.* Sed in ulteriori processu discrimen est: Nam à sententia causæ  
 Civilis intra decem dies ad Judicem ordinarium appellari potest, & ab  
 hoc non nisi sententiam ab Episcopali alienam prolocuto. Criminis  
 verò convictus religiosus degradatur, & sæculari puniendus admitti-  
 tur, à quo tamen in causa Ecclesiastica planè liber est, *Novell. 123.*  
*cap. 21.* quam cum aliis *Novellis* jure Codicis & Pontificis confert  
*Pac. in Analys. Codic. §. 102. num. 3. & seqq. de Episcop. & Cleric. adde*  
*C. A. de Falsis. §. 14. num. 3.*

IV. (2) Brutô, quod affectu delinquendi caret *Wes. par. h. n. 6.*  
 Sæpè quidem legimus in ea animadversum esse. Quondam Romæ ca-  
 nes suspendebantur anseres præmio donabantur: Quòd illi viderentur  
 latratum perfidè intermisisse, hi verò strepitu vigilanter hostem pro-  
 didisse, & Capitolium servasse. Qua de re cum per Ulricum Han, na-  
 tione Germanum, ars Typographica Romam esset allata, pulchrum  
 epigramma finxit *Antonius Campanus*:

Anser Tarpeji custos Jovis, inde quòd alis  
 Constreperes, Gallus decidit, ultor adest  
 Ulricus Gallus, ne quem poscantur in usum,  
 Edocuit pennis nîl opus esse tuis.

Insuper cum Sodomita pecus interficitur *Levir. 20. vers. 15.* flammis  
 ultricibus exurit *ord. crimi. art. 116.* & testatur Guido Papa *decis. 278.*  
 se vidisse in Burgundia porcum suspensum in patibulo, eò quòd pue-  
 rum occidisset, improbante *Iulio Claro sent. L. 5. §. fin. quest. 99. num. 8.*  
 qui animal irrationale tantû in casu nefandæ Sodomix, propter quam  
 DEUS quinque civitates igne consumpsit *cap. 4. extr. de Excess. prælat.*  
 unà cum hominibus *Novell. 77. c. 1. vers. præcipimus. Genes. 20. vers. 1. & 2.*  
 si de homine supplicium simul est sumendum, morte puniendum dis-  
 putat, quia pecora tali flagitio contaminata, indignam refricant facti  
 memoriam *cap 15. q. 1. c. 4.* Sanè *Carpzov. q. 76. num. 33. & Clar. d. 1. cen-*  
*set, Ant. Cavis:* non debuisse deridere quendam Præpositum, quòd,  
 cùm alienigena cognovisset equam, & aufugisset, fecerit abscindi caput  
 equæ & in loco eminenti affigi, dicens: illiterato viro, qui rei in sua pa-  
 tria licitæ dederit operam, fuisse indulgendum. Uterque tamen tradit,

A 2

in bru-



in brutum animal non esse animadvertendum, à mortis pœna reo liberato, & singulariter putat Carpzovius illud è medio tollendum, non suspendendum, si Sodomita capite truncetur *d.l. n. 62.* Quamvis autem consuetudo in delictis excuset, *C. A. L. 48. T. 5. §. 7. in fin. p. 1573.* reor tamen non prorsus indulgendum fuisse Sodomitæ, neque fieri facile posse, ut nullâ cogitatio animum subeat, aut se ratio vindicet & moneat, ea minimè licere. Deinde tametsi per consuetudinem hoc casu caput pecoris patibulo subripiatur, *d.c. 15. p. 1. c. 4.* non refragatur: Nam recordatio criminis cum supplicii mentione conjuncta non est indigna facti memoria, sed cognita pœnæ metum aliis inculcit. Hinc *παράδειγμα* causa in cadavera mortuorum aliquatenus interdum animadvertitur *Farin. in prax. crim. L. I. T. 1. q. 10. n. 28. Jac. Menoch. de Arbur. ud. quest. cas. 244. n. 4. & seqq. Domb. c. 96. n. 15.* quæ & ipsa nulla pœna possunt affici, maleficio post mortem delinquentis extincto *l. 6. de publ. iud. l. 1. & ult. Si accus. mort. fuer.* Aliquot exceptis, in quibus post mortem damnatur defunctorum memoria *§. 3. Instit. de publ. iudic.* quæ recenset *Clarus l. 5 §. fin. q. 51. n. 13.* Denique bos homicida lapidatus olim fuit & abjectus, licet nemo hominum correus extiterit *Exod. 20. vers. 11.*

V. 2. *Θέμις*; Licet aliàs vox pagani sola rusticorum & agrorum indigitatione contenta, quandoque urbanos excludat, *vid. Par. in Anal. Cod. de pagan. §. 4. num. 1.* cui potest addi *l. 30. C. de Testam. Δρό τῶν ἀγῶν*, circa quas villæ conduntur: atque velut ferè in omnibus pœnalibus judiciis imprudentiæ succurritur *l. 108. de R. 1.* ita simplicitati & imperitiæ rusticorum *Novell. 73. c. 9.* indultum esse videri possit *l. 7. §. 4. de iurisdic. & arg. l. 1. C. de iur. & fact. ignor. W. s. ff. eod. in fin.* nihilominus tam rusticos, quàm urbanos paganorum nomine contineri volumus. Equidem nescire quid honestum sit aut inhonestum vincibilis est & universalium ignorantia, quæ, si remotis abstrusioribus sequelis summa spectes præcepta, nec moralistis actionem facit invitam *Arist. Eth. 1. t. 14.* nec in Jurisprudencia solet excusari *l. 2. C. de in jus voc.* quòd nemo tam rudis esse censeatur, ut, quæ naturâ turpia sunt *v. gr. furta & adulteria l. 42. de V. S. ignoret f. l. 9. C. de LL. l. 11. §. 3. De his qui not. infam.* utcunque per inveteratam consuetudinem & peccandi libidinem illa Lacedæmoniis aliâque delicta aliis, quorum plura recenset *Horneius L. 4. 3. 27.* committere licuerit. At jus positivum ignorare quædam personæ possunt *l. 9. de iur. & fact. ign.* quia non est eiusmodi, ut cuiquam sola ratione naturali in mentem veniat *l. 38. §. 2. ad L. lul.*

ad L. Iul. de adult. succenturiato Donellò in c. pen. l. i. comm. de Iur. Civit.  
Cæterùm quatenus communiter jus positivum ignorari possit aliquot  
distinctionibus tradit Bach. 2. 4. ult. B.

VI. Ulpiano pœna noxiæ vindictam significat l. 131. de V. S. *II. ab equi-  
vocatione  
pœna. ubi  
vindicat  
tur Cuiac.  
24. obs. 8.*  
quam descriptionem nec idèd cum Cuiaciana jungemus, quod  
Gæddæo d. l. pœna alia sit mera, alia mixta, cui prædicatum seu nomen  
vindictæ non conveniat. Non enim Cuiacius pœnam in meram &  
mixtam divisit, sed actionem in merè pœnalem & mixtam. Sicut igitur  
res non dividitur in meram & mixtam, licet quædam actiones v. g. de  
vi bonorum raptorum, de calumniatoribus l. 11. §. 1. de calumniat. §. 18.  
Inst. de act. contineant & rei & pœnæ persecutionem: Ita nec pœna, quæ  
rei persecutioni opponitur l. 11. §. 2. ad L. Aquil. l. 12. §. 1. si quis amiss. caus.  
testam: Nec idèd quòd prædicati determinatio sit angusta nimis & no-  
xia crimina, quorum aliquoties lex meminit, non complectatur, de  
quibus nulla noxalis actio l. 17. §. 18. de Edil. Edict. Nam ratione qui-  
dem effectus seu cuiusdam actionis noxalis, quâ Dominus pulsatus  
deditione ipsius corporis, quod deliquit, evitare litis æstimationem  
potest l. 1. ff. pr. Inst. de noxal. act. crimen non est noxa. Contra est, si  
corporale supplicium attendas, quò servi noxiam publicam commit-  
tentes afficiuntur l. 2. C. de accus. l. 2. Si ex noxal. caus. aut notam noxiæ  
latitudinem l. 238. §. 3. de V. S. Sed quòd sit nimis lata: quippe noxiæ no-  
xæve (sub tropo pro iisdem usurpatarum l. 1. de nox. act. l. 4 §. 1. de Leg. 1.  
in §. 1. de nox. act. Tribonianum nominat animal Latinæ linguæ impe-  
ritissimum, disputat) quadrupedes quoque fiunt obnoxia, si contra  
naturam pauperiem fecerint, l. 1. §. 7. ff. princ. Inst. Si quadrup. paup. quas  
hic exulare iussimus.

VII. Commodius ergo pœnam definit Cuiacius in Parat. h. C. *1. Pœna  
Pac. Analys. Cod. h. delicti æstimationem per l. 11. § 4. h. l. 138. §. 1. de  
R. l. Huc quadrat. nomen delicti, significans tum privata maleficia  
t. t. de privat. delict. tum crimina rubr. C. Si advers. delict. 2. æstima-  
tionis, quod quidem dicitur tripliciter deductum, ineundam ære taxationem  
denotans l. 1. de æst. act. l. 43. §. 6. de Edil. Edict. ambitu suo delicta neque  
privata comprehendere videri possit, quippe quæ non sunt in com-  
mercio, non habent successores patientes l. 21. C. h. & sæpe nec agen-  
tes l. 28. de iniur. l. 2. §. 4. de collat. in qua licet Paulus actionem furti  
conferre jubeat emancipatum, regeretur tamen, non alio, quàm pecu-  
niæ seu rei familiaris ablatæ respectu jubere; ut illa furti pœna non  
tam facti simplicis ultio sit, quàm cum rei jactura conjuncti, sicut*

A 3

actio-



3. *Confir-  
matur.*

actionem furti ex causa minuti patrimonii dari *ἐφ' ἃ* Pythagoras noster  
Ampliss. DN. D. TABOR *in profunda Analyfi l. un. C. quando Civil. actio  
crimin. prejud. Racem. 1. th. 92. 52. & 59.* Neque publica, quæ sæpius ob  
ingenuum hominem interfectum vindicantur, aut ob læsam famam  
& existimationem, qualia nullo possunt æstimari pretio *l. 104. de R. l. l. 13.*  
ad *L. Aquil.* Veruntamen *ἡ τιμὴ* non pretium tantum, sed & pœnam  
significat, quo utroque pro re nata æstimatio pœnalis initur. Nam  
privata maleficia sunt in commercio, non quidem formaliter aut ob-  
jectivè, siquidem de furto v.g. pacisci non potes *l. 27. §. 4. de pact. & rei  
turpis nullum est mandatum l. 6. §. 3. l. 22. §. 6. Mand. nulla stipulatio  
l. 26. l. 19. l. 35. §. 1. de V. O. sed efficienter. Ita ex illicitis factis acquirun-  
tur obligationes l. 52. §. 8. de O. & A. l. 12. de V. S. vi quarum ad æstima-  
tionem lege præscriptam pro rei familiaris interversæ quantitate judi-  
cialiter intenditur l. 67. §. 1. l. 80. §. 1. de furt. Si tamen vindictam extra  
patrimonii causam persequamur actio prius in patrimonio nostro  
non est, quàm litis contestatione novetur *l. 28. de injur. l. 7. l. 8. de po-  
pul. Act. l. 29. de Novat.* Inde etiam in hac distinctionis statera suos  
habet successores *dict. Racem. 1. thes. 53. & 59.* Publica verò crimina,  
non ad vindictam pecuniariam propellentia, nobis *ἀντιπεπρονότως*  
dicentur æstimari.*

4 *Vindica-  
tur.*

VIII. Quod tandem objicitur Cuiacio, pœnam conventiona-  
lem non esse delicti æstimationem, sed ex contractu deberi *l. 12. de con-  
trah. & committ. stip. l. 10. de eo, quod cert. loc. non est magni momenti,  
si Mynsing. §. 17. n. 26. & §. 18. num. 2. Inst. de action. pœnalem rectè vocat  
actionem, quæ pœnam habet à lege: Actiones autem ex stipulatu  
factum continentes pœnam quidem plerumque persequi, noménque  
eius propter conventionem contrahentium inducere, nihilominus  
tamen esse rei persecutorias.*

5. *Eius u-  
sus mon-  
stratur.*

IX. Hinc iudicium ferri potest de voce *Peinlich*: An quoties in  
Constitut. Carolin. usurpatur, toties ad corporis coërcitionem perti-  
neat, uti sentit *Petr. Frid. Mindan. de processib. l. 2. c. 9. n. 22.* qui pœna-  
lem actionem, quæ pœna corporis intentatur, appellat *ein peinliche  
Klage* / qua mulcta fisco *ein burgerliche Busßklage* / qua verò mulcta  
parti applicatur *ein burgerliche Schadklage*. An frequenter pœnis non  
corporalibus annumerari debeat? Quod verius est. Nam in pœnis non  
denominatis Judices ad jus commune remittit *art. 105. von unbefand-  
ten peinlichen Fällen vnd Straffen.* Constat autem illo jure crimina  
multoties vindicari damno pecuniario, §. 2. *Instit. de publ. iudic. jun-*

*cta. l. 6.*

Etia. l. 6. 8. h. ubi damnum cum infamia illatum corporis coërcitio-  
ni, de qua in l. 6. §. ult. & l. 7. precedente dictum erat, opponitur.  
vid. C. A. 48. l. 4.

X. Ex dictis apparet, quare CLAUDIUS SATURNINUS, (cuius *Inscriptio*  
ætatem neque Forsterus indicavit, quæ tamen colligi potest ex l. 1. §. 2. *ἀνακεφα*  
*λαϊστικῶς*  
*laudatur.*  
qua res pignori. vel hypoth. usus verò necessitasque huius investigationis  
infra patebit) more Pauli, qui inter *μονοβιβλία* sua de pœnis scripsit  
tam generaliter omnium legum, sicut & Modestinus *βιβλία τέσσαρα*  
l. 3. de re milit. quàm specialiter tum paganorum tum militum l. 14. d. t.  
singularem librum de pœnis paganorum inscripserit.

XI. Inscriptionem legis sequitur tractatio, quâ res punibiles *TRACTA*  
sistuntur tum communiter ut pœnarum objecta tum peculiariter sub *TIO.*  
certa pœnarum exasperatione. Illa proponuntur & septem modis exa-  
minantur. Puniuntur enim facta, dicta, scripta & consilia, quæ per  
sectiones dichotomicas, quibus feliciter progredimur, distribuenda  
sunt. Delinquent facinorosi vel per semetipfos sive factis, & emergunt  
verbi gratia, furta cædésque, sive verbis tam pronuntiatis, & prodeunt *Digeritur*  
convicia & infidæ advocaciones; quàm scriptis, hinc falsa & famosi li- *principiis.*  
belli. Seorsim agemus de singulis.

XII. Factum est res gesta l. 19. fin. de V. S. (omittam *λεπτολο-* *Factum*  
*γήματα* in verborum, acti, gesti, facti, adducendis differentiis, à Caio *πολυσημα-*  
venia potitus l. 58. d. t.) qualis res, tale factum, vel licitum ut donatio, *των collatis*  
solutio, numeratio, judicatio, ambulatio l. 218. d. t. vel illicitum, & *furtis cum*  
hoc accipitur 1. Generaliter pro quibuscunque maleficiorum figuris, *cadibus.*  
l. 25. §. 1. l. 52. §. 8. de O. & A. 2. Specialiter, quatenus dicta, scripta & con-  
silia excludit. h. Quod *περὸς ἐν κ' α' φ' ἐν δος* dicimus: Nam interdum (1)  
extremis suis & scopo redditum est, tum homo dicitur occisus l. 1. §. 2.  
aut mulier periisse §. 5. ad Leg. Cornel. de Sicar. l. 38. §. 5. h. furtum com-  
missum §. 2. Inst. de oblig. qua ex del. nasc. (2) in actum est assumptum,  
nondum tamen perfectionem consecutum. Hic inter furtum & cæ-  
dem discrimen est. Eum, qui furti faciendi causa conclave intravit,  
Ulpianus ait furem non esse, nisi contrectaverit l. 21. §. 7. de furt. &  
art. 159. ascensores & irruptores laqueo puniuntur, si res contrectata  
est & ablata, cum nemo solo conatu furto fiat obnoxius l. 21. §. 7. de  
furt. & ibi Wes. Par. n. 7. Carpz. pr. cr. p. 2. q. 72. n. 54. Hinc Rittershusii  
sententiam 6. differ. 4. asserentis Jure canonico quemcunque non per  
ostium, sed aliunde intrantem animo furandi, quamvis nihil adhuc  
acceperit, furem esse cap. 12. caus. 23. quest. 4. Ampliss. Dn. D. Tabor in  
*indice*

indice LL. Tituli de furto l. 21. §. 7. improbat. Qui verò hominis occi-  
dendi, furtive faciendi causa cum telo (v. l. 233. de V. S.) ambulaverit,  
Lege Corneliã de sicariis tenetur l. 1. ad Leg. Cornel. de sic ar. l. 7. C. eod.  
Quod usu non observari scribit Clarus §. homicidium. n. 74. Barthol.  
Romulus tr. de homic. p. 2. n. 168. Specul. Tit. de Accus. p. 1. th. 1. n. 7. Bach. 2.  
32. §. h. in fin. (3) actus omissionem denotat l. 121. de R. l. l. 189. de V. S.  
l. 4. quæ in fraud. credit.

XIII. Vetiti pomi contrectationem nefarium Caini fratri-  
cium secutum est: ita furtis succedunt cædes, & junguntur non  
tantum generis communione, sed & succedaneâ plerumque consecu-  
tione. Nam 1. interempti solent spoliari Carpz. Jurispr. For. p. 4. const. 5.  
definit: 1. Quamquam autem ista spolia non sint furta simplicia, sed la-  
trocinia supplicio furcæ expianda l. 28. §. 15. h. sicut olim crucis Luc. 23.  
Domb. cap. 86. n. 8. quam veneratione Christi Constantinus in furcam  
commutasse dicitur Bach. 2. 31. 6. b. W. Par. de pœn. n. 3. Gothofr. d. l. 28. pr.  
lit. r. vel rotæ Farin. part. 2. q. 165. n. 11. 13. Et tum actio privata cum  
accusatione concurrat l. 3. & 4. de ordine cognit. Ampliss. Dn. Doct.  
Tabor Racem. 1. thes. 91. Farin. q. 22. lib. 1. t. t. C. Theodos. victum civiliter,  
criminaliter agere posse. Bach. 2. 30. 7. lit. A. p. 1127. ut mirer, occisi spolia-  
tisque mercatoris heredibus post accusatum homicidium ablatam pe-  
cuniam à latrone divite persecuturis responsum esse: **Der Uebel-  
thäter hat mit der Haut bezahlet**/quod Wittebergæ clari nominis  
Professor recensuit de avo suo obtruncato: Tamen à cæde abstracta  
sub furti genere possunt intelligi, velut etiam raptor improbus fur  
perhibetur l. 2. ff. princ. Inst. de vi bon. rapt. præcipuè cum sine proposito  
spoliandi cædes est facta, mox deinde intentione procedente occisus  
diripitur Carpzov. d. l. definit. 2. Vicissim 2. In furto cædes perpetrari  
solent l. 2. §. 1. de privat. delict.

XIV. Latius patet cædis vocabulum, sive spectetur in sese, sive  
in effectu. Quemadmodum enim in lege, quâ Paulus subsecare dicit  
esse subsecuisse, cædere est & succidere & ferire cædendi causa: ita cædes  
non solum factum occisionis significat, sed & quemvis conatû alterius  
perimendi causâ productum l. 1. pr. & §. 3. ad l. Cor. de sic. atque causam  
mortalis præbitam l. 15. d. t. veluti si quis aliquè de ponte dejiciat, ut sub-  
mergatur Bach. 2. 32. §. h. infantem exponat l. 4. de agnosc. lib. 1. 2. de in-  
fant. expos. art. 132. Quod homicidii genus Nobiliss. Dn. D. Tabor tractat.  
methodica rer. terribil. Tit. ad L. Cor. de sic. immediatum indirectò factum  
appellat. Exempla Wes. Par. n. 12. d. 1. quæ magis ad dicta & consilia per-  
tinent, in hunc numerum non recipimus.

XV. In



XV. In effectu cædes spectata producit & homicidium & paricidium distinctis titulis in ff. & C. tradita, quia paricidium à pari caso derivandum l. 2. §. 23. de O. l. pro iis interfectis cœpit usurpari, qui occisori conjunctissimi sunt, & in multis maximè pares, ut parentes & liberi, in quibus paterni criminis exemplum metuitur l. 5. C. ad Leg. Jul. Maiest. & quorum persona penè eadem est l. ult. de impub. Conjuges quoque pares sunt animis l. 3. de donat. inter vir. & uxor. Nov. 22. atq; olim matrimonium ob inæqualitatem prohibebatur l. 7. de incest. auth. sed novo iur. C. de nupt. Inter cæteros quoque affines, qui ex diversis cognationibus per nuptias copulantur, & ad cognationis fines invicem accedunt l. 4. §. 3. de grad. & affin. singularis quædam propinquitatis paritas deprehenditur, quæ facit, ut in istis trucidatis paricidium perpetretur, licet non in atrociori figura l. 9. §. 1. ad Leg. Corn. de paricid. iunct. §. 6. l. de publ. iud. & d. l. 9. pr. Hoc forsan est, quòd hanc derivationem aliis prætulit Bachov. 2. 32. 7. c. Cætera cædis furtique discrimina non persequar, ne dilabar in privatorum & publicorum delictorum spaciosum campum, v. Cuiac. 8. obs. 33.

XVI. Illud hîc *πορνομα* locò tenendum, quia delictum sine molitione nullum est, furandi cædendique cogitationes impunes relinqui l. 1. §. 1. de furt. l. 18. h. & ibi Gothofred. in not. allegat Cuiacium, qui dictam legem ad Edictum, Quod quisque juris &c. rejicit, quòd istæ Leges ex eodem Ulpiani L. 3. ad Edict. desumptæ sint, & in multis aliis causis non tantum effectus puniatur, sed etiam voluntas. Quo nomine Bachovius animadvertendi libidine percitus, captâ voluntatis voce, magnum Doctorem lapsus nota perstringit, cui ante aliquot annos quidam Doctor andus in Disput. de conat. punib. th. 1. lit. i. facilius æquò credidit. Equidem ipsi Cuiacio voluntatem non significare simplicem cogitationem, sed in tentationem & experimentum traductam patet (1) ex oppositione, quæ fit inter pleraque crimina & dictum Edictum. Illa cœpta plerumque puniuntur l. 1. l. 14. ad L. Corn. de Sic ar. in aliquem verò novi juris quid statuere cum effectu accipitur, & consummatam non cœptam injuriam denotat l. 1. §. 1. Quod quisque iuris. (2) ex subjecto Virgilio versu *Aneid. 6.* quo Servius Honoratus Romanorum in punienda voluntate ritum denotat: Ausi omnes immane nefas ausoque potiti. An autem nec quoad cogitationis acceptionem Cuiacius reprehendi possit, in conflictu videbimus. Nunc homicidium, quod Canonistæ spirituale vocant, aliasque cogitationes peccaminosas Theologico frenò domandas porrigimus, ne sapiamus ultra nostras crepidas.

vsus explicati  
FACTVM ostenditur  
contr. quorundam insultrationes  
asserto Cuiacio 8. obs. 32.

B

XVII. Ha-



XVII. Haecenus de factis punibilibus, sequuntur **DICTA**, in **DICTA**, alterius contumeliam pronunciata vel scripta. Illa fiunt aut in iudicio, *Extra ju-* aut quocunque loco §.10. *Inst. de Injur.* & exaudiunt convicia, quae *Non-* *Convicio-* Marcell. cap. 1. n. 323. deducit vel à vitiis, dum convicium ait esse dictum, *rum i ety-* quasi è viciis locum, sive ut corrigit *Lipsius i. antiq. lect. c. 2.* è vicis (in *mologia.* quibus primum habitabatur) loqui, vel à vitando, quod contra Laur. Vall. Alciatus rectè reprehendit. Aptior est echo labeonis, quasi convicium, Græcis *κατὰ λόγους*, l. 15. §. 4. & 8. *de Injur.* Non enim omne maledictum propriè convicium est, sed id solum, quod cum vociferatione dicitur *d. l. 15. §. 11.* Hic pro infamandi causa quolibet dicto sumitur *l. 3. §. 9. C. de Injur.*

*2. commis-*  
*so.*

XVIII. Evomunt illud maledici vel in **DEUM** vel in hominem, Imprecationes in **DEUM** blasphemiarum genus complectitur *Levit. 24. vers. 16.* quas fames, terræ motus, pestilentia, jactura misericordiae divinae, tormenta & capitis supplicium subsequitur *Novell. 77. c. 1. §. 1. & 2. iuncta l. ult. de pæn. cuius Novell. §. 2.* tam ad blasphemantes, quam Sodomitas referendum esse ostendit *Domb. cap. 61. n. 15. 16. & l. 2. C. ad L. Jul. Maiest. Recess. August. de anno 1548.* Von den Gottslästerungen. Dummodò restringatur ad blasphemiam in **DEUM** immediate commillam, divinis attributis tribuendo, quæ non conveniunt, aut detrahendo, quæ conveniunt *Recess. Imp. Col. de anno 1512. ibi: Do dann solche Gottslästerung ohne mittel in Gott geschehe &c. also daß er Gott selbst lästerung oder Bnehre zuleget / oder seiner Allmächtigkeits mißbietung oder verminderung thäte / veluti si juret per capillos aut caput DEI d. Novell. 77. cap. 1. c. 10. c. 22. q. 1. add. cap. fin. extr. de Maledictis.* Quod verò in *ord. Cr. Art. 106.* pœna pro circumstantiis & qualitate personæ jubetur inferri, non ad statum aut qualitatem generis referendum arbitror *Reform. polit. de anno 1530. Tit. Von Gottslästerung vnd Gottschwuren. ibi: Wesh Stands oder Wesens der seye. & vers. Vnd so solche. ibi: Hohes oder Nideru/* quæ à læsæ Maiestatis supplicio non eximuntur *Didac. Covarr. var. resol. l. 2. c. 9. n. 4.* quale meretur læsæ Maiestatis altissimæ crimen *l. ult. C. de Feris. Wes. parat. ad Leg. Jul. Maiest. in fin.* Sed ad qualitates & commotiones animi, justè dolore incensi, lubrico linguæ præcipitati, neque verborum significata considerantis *v. Jul. Clar. sent. L. 5. §. fin. q. 60.* Quibus in terminis *Recess. Imp. de anno 1530. & Recess. August. de anno 1548.* accipimus, aut itaè vine causâ sui non compotis *Const. reg. Wornat. de anno 1495. Tit. Die Peenederen so auß Hitz oder Zorn schweren.*

XIX. In

XIX. In hominem clamantur vel superiorem vel inferiorem. Ille Princeps est, in quem læsæ Maiestatis crimen dictò quoque committitur. Lacescitur autem vel animò inconsulto vel deliberato: Si maledictum processerit ex levitate; contemnendum est: Si ex insania; miseratione dignissimum; si ab injuria; remittendum *l.un. Si quis Imp. maled.* Quod bifariam explicatur. Glossatores annuunt Baldo, cui tantundem est ab injuria procedere, quod injuriosè & injuriandi animo: & remittendum, quod à Judice mittendum ad Principem, qui perpendat ex qualitate personarum, an crimen prætermitti, an puniri debeat. *Haryng. Sifridi in suis titulorum expositionibus h.* ut ita pro qualitate personarum condemnatio moderetur *l.15. in fin. de negot. gest. Cuiac. Par. C.d. r.* ait quidem remittendum esse Græcis condonandum. Sed cum (ab injuria ~~pro~~) pro causa finali communiter accipiat, aliter ac Pacius pro procatactica, ab eo inconstantia accusatur, quippe quòd injuria Principi facta gravior sit, quàm quæ privato, *l. 7. §. ult. de Injuriis*, & consequenter non ignoscenda, *l. 51. in fin. ad Leg. Aquil.* Pacio subscribam novo motus argumentò, quod ad colloquium differam.

XX. Inferiores voco tum demortuos sanctos, tum superstites & injuriæ capaces quosvis. Illi maiori pœnâ vindicantur *Reform. polit. August. de anno 1530. Tit. Von Lasterung der Mutter Christi vnd der Heiligen / § 1584 d. tit.* Superstitibus autem in contumeliam illata convicia secundum gradum dignitatis vitæque honestatem æstimantur *§. 7. Inst. de Inj.* Etiam si sint indifferentia & injuriam significare possint vel non, qualia censentur, si quis fretus *l. viam veritatis ignoras 10. C. Locat.* ad aliquem dicat: *Der Herr spaxiret neben der Wahrheit / oder hawt sich in die Backen arg. l. 5. C. de Injur.* aut mentiris *l. 25. de procurat. Gail. 2. obs. 100. num. 3.* Certè pro qualitate personarum vereor, ne mendacii redargutus sæpè verbis & verberibus injuriam retorquere possit, juxta Germanicum: *Auff ein Lügen gehöret ein Maulschell §. 3. Inst. l. 15. §. 39. de Injur.* nequicquam valituro Sorite: *Auff eine Maulschell gehöret ein Dolch. Carpz. 9. 30. n. 35.*

XXI. Huc in examen producendus est Zenodorus aviam Pauli contumelia consecutus *l. 10. C. de Injur.* quæ multarum controversiarum huc pertinentium decisionem suggerit. Obscurat eam multiplex verborum sensusque collisio: Etenim 1. Constitutio Imperatoris scripta est ad Nepotem Paulum, velut avia causâ suò nomine possit injuriarum agere, quam tamen nec in potestate habet, nec affectione maritali prosequitur, quibus solis de causis injuria nobis indirectò infertur *§. 2. Inst.*

Explicatur  
l. 10. de  
Injur.  
I. Velitatione.  
(1)

*l. 1. fin. l. 41. de Iniur.* aut saltem eius nomine; sed nulla mandati reperiuntur vestigia, nec procuratorem omni casu injuriarum persecutio  
(2) admittit *l. ult. C. d. t.* 2. Tum demum injuriarum agitur, si non serva fuerit pronunciata avia: atquin alibi non distinguitur *l. 11. in fin. ff. d. t.*  
(3) 3. Si mulier serva fuerit pronunciata denegatur injuriarum actio, quasi nemo teneatur, si, quæ objecit, vera sunt *vid. Hæn. Diss. 18. contr. 27. p.*  
(4) 4. Mulier infamandi causa serva fuit appellata, Zenodorus tamen absolvitur, si vicerit in actione præjudiciali. Harum dubitationum far-

II. Casu-  
tione.

III. Decis-  
sione.

raginem præmissa facti specie discutiemus: Zenodorus aviam Pauli per figuram iudicii injuriosè (*propter leg. 26. de liber. causa*) servam appellavit: Paulus contumeliam persecuturus Diocletiano & Maximiano hac de re querelam insinuavit. Imperatores respondent duplici distinctione: Aut Zenodorus ab actione præjudiciali recedit, aut in ea procedit. Priori casu statim injuriarum pulsari potest: posteriori tunc demum si non esse serva fuerit avia pronunciata, protestatione ab initio super injuria facta (*ne dissimulatione tollatur §. fin. Instit. de Iniur.*) Hinc opposita fiunt elumbia. 1. Non opus est fictione Procuratoris, de quo disputatur aliàs, si criminaliter injuriarum agitur *Wesensb. Parat. de Procur. num. 5. & de Iniur. n. 6. Bach. 2. 26. 3. G.* Sed ipsi Paulo pro avia sua litigare permittitur etiam singulari de causa: Nam ipsius mater censetur ab avia statum, ipse à matris, ut si quis oppidò statum eius expeteret, propter aviam servus audiret, cum partus ventrem sequantur *l. 7. C. de R. V. l. fin. C. de lib. atque aded cognatorum inter sit, consanguineas servitutem nõ subire, ut non attentà potestate seu affectione maritali generaliter ad omnium ignominiam & dolorem non modicū unius servitus porrigatur, l. 1. seqq. de Lib. caus.* Aded inquam, ut licet turpe sit viris atque indecorum ab uxoribus defendi §. 2. *Instit. de Iniur. l. 2. ad Scium Velleian.* Hic uxor maritum invitum quoque tueri possit *l. 3. §. 2. de lib. caus. 2. l. 11. in fin.* non distinguit in qualitate præjudicii, hoc est, sive se verbi gratià Stichus pro libero homine gerens, in servitutem vocetur, sive ex servitutis quasi possessione proclamet in libertatem, si quis se dominum eius contendat injuriarum conveniri potest. Distinctiones tamen alias integras relinquit, ut (1) à tempore movendæ actionis sumptas h. (2) ab ignorantia vel scientia dominum se contendentis  
(3) *l. 3. §. 4. de Iniur.* 3. Quamvis qui nocentem injuriosè convicatur, injuriæ reus sit *l. 5. C. de Iniur. l. 33. ff. & ibi Wes. Par. n. 8. in fin. Gom. 3. resolut. 6. Gail. 2. observ. 99. Domb. c. 125. n. 5. C. A. de Iniur. th. 41. num. 14. Art. 110. in fin.* tamen servum sui status nomine vocare tam non est injuriosum §. 3. *Instit. de Iniur.* ut interdum, qui detegendo collusionem, aliquem.

aliquem servum evincit, præmium consequatur l. 2. C. t. t. ff. de collus. deteg. Nam 4. nec ipsa avia potest injuriarum agere, cum declarata (4) sit ancilla l. 31. C. de liber. caus. cui non fit injuria l. 15. §. 15. de Iniur. nec eius nomine dominus, qui vel est ipse servitutis assertor, non adversus semetipsum acturus, vel alius, cui denegatur actio ob defectum contumeliæ (1) atrocis (2) in eum directæ d. §. 3. Instit. d. l. 15. §. 48. de Iniur. Insuper aviam rectè glossa intelligit servam Reipublicæ Comanensium & Zenodorum habuisse facultatem agendi, quod actor eius civitatis fortè fuerit. Possset etiam avia videri Reipublicæ serva esse dicta in tertio casu, & facultas agendi referri ad forum competens t. t. C. ubi causa status agi debet.

XXII. In Judiciis delinquuntur infidæ advocationes seu malæ causæ instructiones perversæ, quæ vel adornantur ab ipso principali cœtum ad litem asserendam advocante *Wes. Parat. de Fals. n. 5.* vel ab aliis adjuvantur, illisque cum agentibus tum iudicantibus. Quidam istorum funguntur officio postulandi, quidam testificandi. Postulare dico tam procuratores, quàm advocatos. Ultrique infidarum advocationum accusantur ob prævaricationem l. 1. §. 1. de prævaricatione. Quæ lex obiter inspicienti valdè intricata procul dubio videbitur. Cur enim Advocatus dicitur 1. in iudicio publico prævaricari? cum in eo frustra procurator interveniat l. 13. de publ. jud. 2. Impropiè prævaricari, nec eam ob causam publicam accusationem mereri l. 3. §. 3. d. t? Cum is prævaricator propriè dicatur, qui publico iudicio accusavit h. qualem similitudo manet supplicii l. ult. C. de Accus. 3. Extra ordinem puniri? cum talionis reus constituatur l. 6. de prævaric.

*Dicta in iudicis.*

*l. 1. §. 1. de prævaric. Rationes.*

*l. 1. C. ubi agi debet.*

*(1.)*

*(2.)*

*(3.)*

XXIII. Unâ fidelîâ duos dealbabo parietes: Nam primum & secundum dubium eximuntur ab Advocato distincto Procuratore. Hic litis contestatione fit causæ dominus l. 22. & 23. C. de procuratorib. Ideoque in re criminali procurator propter inscriptionis periculum l. 2. 3. 5. C. de his qui accus. esse non potest *Wes. Par. de procurat. num. 5.* è contrario Advocatus non fit dominus litis, neque pro alio ad pœnam reciprocâ inscribit, aut eius dicta litiganti nocent l. 1. & ult. de err. advocat. Sed causa retractatur l. 1. de Advoc. divers. iudic. Hinc propriè prævaricatus esse non dicitur; in eius enim persona iudicium non est substantiatum (*uti loquuntur Dd.*) Non tamen ex his sequitur, Procuratorem non prævaricari, quod in iudicio privato actor causam adversario suo donare possit: Nam id procuratorem non posse colligitur ex l. fin. de prævaricat. l. 7. §. pen. l. 14. de dolo. ideoque in prævaricationis definitione iudicii publici expressione non opus esse contra Cuiacium 9.

*11. Decidendi.*

*(2. & 3.)*

B 3

observ.



observ. 40. paucis ostendit Nobiliss. Dn. D. Tabor in lib. terrib. de prævar.  
(3) ubi etiam 3. dubio satisfacit Aith. dicaol. cap. 145. num. 3. distinctionem  
inter jus vetus & novum removendo atque genuinam substituendo,  
ut, quoties inscriptum fuerit in crimen certum, talionis pœna prævari-  
catorem maneat: Extraordinaria verò, quoties sine inscriptione judi-  
cium processerit, aut criminis intentati pœna nulla certa fuerit. Aut,  
an quia l. 6. d. t. criminum extraordinariorum prævaricationes plectit,  
quorum ordinaria pœna regulariter non est introducta, res recidit ad  
sensum d. l. 21?

XXIV. Testes infidas advocaciones adjuvant falsis testimo-  
niis l. 16. de Testibus. l. 5. §. 10. 11. & 15. de hæc quæ ut indign. Qui proinde  
præter rei familiaris ex actu, quem impugnârunt, ad eos perventuræ  
dispendium l. 6. C. ad Leg. Cornel. de Fals. vid. Pac. 7. Enant. 67. talionis  
pœnam subibunt l. 24. ff. d. t. junctâ l. 7. de Accus. v. g. capitalem, si fal-  
sum testimonium ad innocentis supplicium direxerint l. 1. ad L. Corn. de  
Sicar. Ordin. cr. Art. 608. cùm tres personas lædat, DEUM, judicem &  
innocentem c. 1. extr. de cr. fals. quin in genere hîc reus est, quicumque  
falsum instrumentum recitaverit l. 2. l. 13. §. 1. ad L. Corn. de Fals. §. 7. 1. de  
pub. iud. Qui bonas causas ingenii calumniâ ludificaverit vexandi adver-  
sarii causâ postulando l. 3. §. 1. ut in poss. legat. l. 1. §. pen. l. 8. de prat. stip. aut  
temerariè litigando l. 1. §. 2. Si mulier vent. nom. l. 2. C. de iuram. propter  
calumniam dando c. 4. extr. de pœn.

XXV. Judicem deniq; ad advocacionis infidæ delictum accen-  
semus, quoties dolo malo sciens prudensque perperam judicârit l. 15. de  
iud. l. ult. de pœn. iud. qui malè judicav. Nov. 124. c. 2. —

SCRIPTA  
1. Falsum.

XXVI. Tantum de verbis pronunciatis. Succedunt SCRIPTA,  
quæ modò incidunt in crimen publicum, ùt falsa, modò in privatum,  
ùt famosi libelli. De utrisque subjungemus. Falsum à fallendo deri-  
vatum, & 1. latiùs acceptum innuit quodvis verò contrarium. Inde  
Cuiacius Par. ad L. Corn. de fals. in fin. approbat esse, quicquid in veri-  
tate non est, sed pro vero asseveratur, sive sine dolo, ùt si cui falsò quid  
persuasum sit l. 3. qui dar. tut. vel curat. aut Javolenus Labeonem re-  
prehendat l. 44. de iniur. sive cum dolo, ùt mendacia l. 11. §. 3. l. 17. de  
Interrog. in jur. faciend. & omnis dolus malus Wes. Par. ad Leg. Corn. de  
Fals. n. 2. Novell. 73. Schneid. §. 1. n. 10. Inst. de iniur. C. A. L. 48 t. 10. th. 12.  
num. 34. 2. Angustiùs, crimen à lege notatum, quod ὡς ἐν τὸ πῶ definit  
Paulus l. 23. d. t. fitque vel omittendo v. g. verum celando l. 1. §. 2. l. 16.  
§. 2. ff. l. 14. C. d. t. l. 8. de Ep. s. op. & Cler. vel committendo cùm in factis  
l. 2. in fin. d. t. tùm in verbis aut dictis l. 29. d. t. quæ scilicet actuali veri-  
tatis

tatis perversione sunt immersa l. 23. h. 225. de V. S. Aut scripto l. 13. C. de fals. l. 2. l. 1. §. 7. ff. eod. cuius generis falsarios Ecclesie Emesene œconomos ab Imperatore Justiniano ἀναλφάβητος & avarissimo Triboniano sanctionem l. 23. de sacr. Eccles. pretio impetrasse referunt è Suida Rittersh. in diff. Jur. Civ. L. 4. c. 14. Pac. d. r. n. 34.

XXVII. Solam falsi speciem in scriptis contractam Ictus verbo (scripta) puniendam stitit, quæ tum demum subjicitur ordinariæ Legis Cornelie pœnæ, cum ab ea, Senatusconsultis, Responsis prudentum l. 10. d. r. aut Constitutionibus Principum notata fuerit Hipp. in rubr. de fals. n. 1. Wes. Par. h. n. 2. cui Tr. 2. 32. 8. a. & ibi Bach. Ampliss. Dn. D. Tabor. contr. Carpz. quæst. crim. 93. n. 35. in tract. libr. terribil. n. 10. subscribunt. In genere plerumque notatum videmus concurrente i. Dolosè facta veritatis immutatione l. 2. ff. l. 20. C. d. r. adeò ut si dolus fuerit occultus & dubius aliâ sit opus pœnâ l. 13. §. 1. h. vid. tamen Wes. Par. n. 7. Tr. 2. 32. 8. f. Unde liber homo nomen suum sine fraude mutare minimè prohibetur l. un. de mutat. nom. Domb. cap. 123. num. 11. Atqui nomina piorum in cœlis scripta sunt, neque salvatori nostro incognita, qui ἀάλαρε δεῦρο ἔξω clamavit! Servi verò nunquam possunt mutare nomen, cum ipsis Domini pro voluntate & potestate nomina confingant, quod exemplo Josephi atque Danielis illustrat Cuiacius C. d. iii. quorum illi Pharaò : huic Nebucadnezar novum imposuerit.

XXVIII. Libellus famosus à turpitudine calumniantis dicitur, qui chartulis diffamatoriis cuiusquam bonum nomen lacerare cogitat: nec enim in tam lubrico loco situs est hominum honor, ut ab alicuius petulca linguâ maculari possit l. un. in fn. de fam. libel. utpote qui lege tantum vel sententia ob delictum adimitur r. r. de his, qui not. inf. Ulpianus l. 5. §. 2. de Injur. vocat librum ad infamiam alicuius pertinentem (ex intentione nimirum scribentis & obiectorum criminum effectu.) quo sensu Germanicè dicitur Schmachbrieff / art. 110. vulgò Pasquillus, quòd Πάσχαμματὰ famosa Romæ publicæ Pasquini Sartoris statuæ affigerentur Daub. tr. de Testam. n. 226. p. 267. C. A. L. 47. r. 10. th. 38. seqq. Sumitur aliàs generaliter pro qualicunque exprobratione, quæ reum constituit tum excogitantem, tum scribentem, aut dolo malo facientem, quo quid eorum fieret §. 1. Instit. de Injur. aut cantantem l. 15. §. 27. d. tit. aut supprimentem l. unic. C. d. tit. Hic analogicè pro scriptura alicve simili scripturæ in notam aliquorum producto l. 5. §. 10. d. tit.

XXIX.

Qua sit in-  
juria?

Quod eius  
objectū?

XXIX. Minus ergo attentè Bachovius perlustravit Treutl. 2. 30. §. 6. cuius divisionem injuriæ in realem & verbalem latius explicat, ut sub realis specie scriptura famosa contineatur, & alto silentiõ literam i. præterit, sub qua rectiùs ad injuriam verbalem redigitur. Nec opus est dichotomiæ l. i. §. 1. d. 1. literas addere, libellum & factum vid. Wes. Par. n. 3. Gothofred. d. 1. lit. 1. Deinde Bachovii lassitudinem in animadversione d. §. prodit etiam omissa discriminis inter famosum libellum & injuriam scriptam dilucidatio, quæ Treutl. differunt, ut species & genus: sed allegationibus in lit. h. fallit. Wesenb. ab objecto discernitea Parat. n. 19. & æcon. iur. C. d. t. Domb. c. 125. n. 6. per illum intendi ctimen notabile: per hanc contumeliam absque infamiæ nota, quoddam famosi libelli pœna capitis constituta sit, l. un. de famos. libell. quæ atrocibus delictis nominatim imponitur art. 110. quem tamen exemplativè, &c. Dn. D. Tabor Tit. de Iniur. part. 2. accipit secundum ordinationem politicam Francos. de anno 1577. T. 35. §. Und setzen. ibi: oder in andere weiß / wie das Namen haben / und in was schein das beschehen möchte / atque ita opinionem Wesenbecii iisdem textibus adductis convellit, scriptamque injuriam ipse genus facit, & contumeliæ quamvis materiem scriptam ad objectum famosi libelli refert l. un. C. l. 5. §. 9. ff. d. t. Atqui l. un. crimen atrox notare videri possit ex capitali sententia, manente eum, cum qui famosum libellum extra iudicium sparsit, quæ cuiusvis contumeliæ non esset proportionata: tum qui per viam accusationis; quo casu falsò quem deferentes pœnam talionis dant l. ul. C. de calumn. quæ pro delati criminis qualitate sine dubio non semper est capitalis, Huc facit art. 107. Novell. Leon. 77. in fin. quin & l. 5. §. 9. de Libro ad infamiam alicuius pertinente loquitur: at non omnes injuriæ eò pertinent l. 1. §. 2. de Iniur. aliquid hîc dicam: l. 5. §. 10. de Iniur. *ἡνυεῖα* quoque notat, vel uti Alciat. Lib. prætermis. 2. pro Accusatione *οπηθασί* *ἡνυεῖα* reponit, id est, titulum, lemma inscriptionemve, vel *ἡνυεῖα* quasi in molestiam alicuius quicquid sit productum, puniat Lex Cornelia. Deinde in l. un. dubitatio à decisione avellenda est.

CONSI-  
LIA.

XXX. Ad memoratum modum per semetipfos delinquere solent facinorosi: Sed cum insuper alios extimulent, scelerumque faciendorum sæpiùs authores fiant, eorum quoq; consilia non impunita relinquuntur. Consilium *μη συνέδριον φανερόν ἀνδρῶν* Theoph. §. 4. Inst. Qui & quibus ex causis man. Sed *συμβολή*. *ὑπὸ τῆ βέλεος*. Idem §. 6. Inst. eorū *Varia mand.* aut intra animum continetur, aut prorumpit. Hoc vel suggeritur, vel cõmunicatur. Suggestitur modò bonâ fide, modò malâ. Rursus id in-



id infusurratur vel suasu vel instigatione. Posterius hoc interdum opem habet conjunctam; interdum in impulsu solo subsistit, dirigeturque tum in fraudem eius, cui consulitur, tum tertii quartive cuiusdam. Communicatum conjurationis & latronum conscientias parit. De quibus ordine, sed & breviter.

XXXI. In animo retentum non consilium consultum, sed conceptum audit, quod animi proprii deliberatione & voluntate contentum est, nec in suasionem exit *l. 1. de Minor. l. 79. de R. l.* atque tum etiam si malignum sit, humanâ lege pœnis non subjicitur *l. 18. h. v. th. 16.* opere tamen apertum opus distinguit *l. 53. de furt. l. 14. ad Leg. Cornel. de Sicar.* cæteris nempe paribus: Non enim servus furandi consiliô rem suam peculiarem amovens furtum committit, antequam eam alii tradat *l. 56. §. 3. de furt.* Licet depositarius annuli depositi, quem habet in digito, fur esse statim incipiat, cum habere pro suo destinaverit *l. 67. in princ. d. t.* Quia licet uterque facta contrectatione consilium detexerit, non tamen utrinque domino quid abest.

XXXII. Quoties autem alteri suggeritur, videndum est, suadeat consulens an perluadeat. Si bonâ fide suaserit, rem commendasse creditur, non se obligasse *l. 37. de dolo mal.* cum cuique sit integrum apud se diligenter explorare, sibi ne datum consilium expediat *l. 2. in fin. princ. ff. §. 6. Instit. mand.* atque aliàs in venditionibus quoque commendationes modicè desiderentur, ut, si fortè venditor servum esse constantem affirmaverit, non exactâ gravitas quasi à Philosopho desideretur *l. 18. in princ. de Ædil. Edict.* id genus malæ fidei consilium non est obligatorium *§. 11. Instit. de furt.* Quicquid distinxeris, an furtum secutum fuerit, nec ne. *vid. Wesenb. Parat. de furt. num. 11. Frantzke. Exercitat. Instit. 12. quest. 5. l. 36. in princip. §. fin. de furt.*

XXXIII. Consilium persuasorium vel immersum est ope vel in impulsu solo subsistit. Illud ad facta relegandum est *Domb. c. 71. & 76. n. 27. Ampliss. Dn. D. Tabor Racem. 4. de ope consil. furi prestitis.* Hoc verò dirigitur aut in fraudem ignorantis mandatarii, veluti si consultor eius decipiendi gratiâ idoneum debitorem aliquem esse affirmaverit, tum etenim tenebitur de dolo iudicio *l. 8. de dolo malo. l. 47. de R. l.* nisi alia competere possit actio *l. 9. d. t. de dol. mal.* quæ hanc famosam & extraordinariam excludat *l. 1. §. 1. l. 7. in pr. §§. seqq. d. t.* Aut in tertii quartive cuiusdam nocumentum. Hæc demum consilii species stimulus est & persuasio, quâ quis ad perpetrandum scelus impellitur & instruitur *l. 43. §. 2. de Ædil. Edict.*

C

XXXIV.

ul. 2.  
icac,  
lite-  
Nec  
a vid.  
m in  
osum  
t, ut  
jecto  
llum  
nota,  
. qua  
xem-  
ordi-  
der in  
ehen  
ductis  
quam-  
s. §. 9.  
nten-  
parfit,  
viam  
nt l. ul.  
emper  
9. de  
injuria  
Iniur.  
Accur-  
pe, vel  
ex Cor-  
nquere  
que fa-  
punita  
Qui &  
Instit.  
suggeri-  
Rursus  
id in-



XXXIV. Cūm autem alios iuvisse sceleris instar sit *h. cavendum*, ne sine temperamento *Dd.* accipiatur, quorum alii distinguunt inter consilium, quod effectus est secutus, & quod non. Alii consilium, sine quo delictum non fuisset perpetratum discernunt ab instigatione, sine qua fuisset natum juxta propositum delinquentis per se validum. Utriusque distinctionis priori membro contra consultorem obligationem tribuunt, per *l. 36. in pr. ff. §. 11. Inst. de furt. l. 53. de V. S. §. 6. in fin. Inst. mand. l. 11. §. 6. de Injur. c. fin. de homicid. in 6. Bart. in l. 71. §. 3. de Acquir. hered. l. 18. §. 17. de damn. infect. l. 1. §. 12. de vi & vi arm. l. 1. §. 6. quod vi aut clam.* mitius autem agendum esse cum consulente vel mandante, si per se maleficus crimen destinatum omnino perfecisset *cap. 6. vers. qui vero. Extr. de homicid.* Alii non distinguunt, an alioquin is, cui consilium datum est, facturus fuisset, nec ne; Sed ex consilio maligno, si delictum patratum sit, simpliciter consultorem aiunt teneri *l. 20. C. de furt. Phil. Matth. in Comm. de R. l. l. 47. n. 13.*

XXXV. Posses in omnibus hæsitare dubius: præterquam enim, quòd in secunda distinctione vix probari possit, propositum delinquentis proprium non fuisse mutatum propter *l. 32. §. 3. de donat. inter vir. & uxor. l. 4. de Adim. Leg. Wes. in Comment. Cod. ubi de crimin. num. 29.* eam unà cum prima suspectam reddit, sapius interveniens pœnitentia. Quippe si consultorem ante delictum consilij pœnituerit, licet deinde perpetretur, aut ab eo, qui sine consilio facturus fuit, aut qui post revocatum consilium animum peccandi demum assumpsit, à commissi criminis ordinaria pœna immunis erit *arg. l. 19. ad Leg. Corn. de Fals. l. 1. de Extraord. crim. secus si crimine perfecto pœniteat eum l. 65. de furt. quia factum infectum reddi nequit l. 12. §. 2. de captiv. & postlim. revers. Schneid. de publ. iudic. §. 7.* Opinio tertio loco collocata *l. 20. C. de furt.* nititur, ad specialem casum pertinente: Nam in servo corrupto non distinguitur: Utrum alioqui facturum hortatus sis an frugi corrueris *l. 1. §. 4. de serv. corrupt.* Rebus sic stantibus, secundæ distinctioni, cūm effectus consecutus est, subscribo.

Conjura-  
tiones.

XXXVI. E communicato consilio proficiscuntur conspirationes, quarum prior conjuratio factum plerumque præcedit, cūm jurisjurandi religione pessundata prædunculorum manipulus ad faciendas cædes animos conjungit. Sicuti Judæi *ἀνεθεματίσαν ἐαυτοὺς* occidere Paulum *Act. 23. vers. 12.* aut ad id alteri, sub juramento operam suam addicit, quales Assasini dicuntur, qui non raro sunt milites exauctorati & ex raptu viventes, ante criminis executionem ultimo supplicio *gl. c. 1. de homicid. in 6.* post eam graviori pœnâ plectendi *Frid. Schenck*

Schenck in triad. de his qua iudic. objici & opponi possunt c. 3. Nequicquam ob mandatum executione valitura, quod in re turpi non obligat l. 6. §. 3. & 7. l. 12. §. 11. l. 22. §. 6. ff. §. 7. Inst. mand. Sicuti nec alii contractus l. 6. cum seq. de V. O. etiamsi juramento confirmati videantur l. 5. C. de Legibus. Scilicet instituta collatione contrahentium, quod enim alii ex mandato vel consilio competere possit actio expediti juris est l. 50. §. 1. de furt.

XXXVII. Huc etiam referendi sunt proditores l. 10. ad L. Iul. Maiest. Domb. c. 63. quique vetita populi conyenticula cogunt l. 15. de Episc. & Cleric. quæ cum nuda dissolutione corrigantur l. 1. C. de corpor. Quare violentis templorum occupationibus æquiparantur l. 2. C. de colleg. & corpor. quæ Lege Juliâ Maiestatis coërcentur l. 1. §. 1. ad L. Iul. Maiest. Quidam factionis causâ conveniunt adversus Rempublicam d. l. 2. l. 38. §. 2. de pæn. tot. rit. de seditios. & de his, qui plebem contra Rempubl. aud. collig. quidam verò propter intempestivas & sumptuosas commestationes v. W. Par. de Colleg. & Corp.

XXXIIX. Posterius conspirandi genus Saturninus latronum conscientias appellat, per exemplum adductorum, pro cuiuscunque criminis collusoribus, consciis, receptatoribus, occultatoribus, confortibus, sine quibus malefici diu latere non possent l. 13. de offic. presid. ut qui domum suam sciens adulterio præbuerit l. 8. ad Leg. Iul. de adulr. art. 122. seq. 123. conscii & susceptores raptus virginum l. un. §. 2. de rapt. virg. paricidij §. 6. de pub. iudic. Aggerum Nili ruptorum l. un. de Nili aggeribus. Fures in excubiis stantes argum. l. 48. §. 1. de furt. Carpz. pr. crim. p. 2. q. 87. num. 33. & Iurispr. For. p. 1444. Quorum alios eadem atque principales reos pœna manet l. 3. §. 3. de incend. ruin. naufrag. l. 9. C. ad L. Iul. de vi. l. un. C. de crimin. pecul. Licet l. 1. de his, qui Latrones: supplicii moderamen arbitrio Iudicis commiserit: id enim ob personarum diversitatem ab applicatione pœnarum non est alienum §. 1. seqq. h. C. A. d. t. th. 4. num. 1.

Conscientia latronum.

XXXIX. Quod denique Wes. Par. de recept. n. 1. præter conscientiam & occultationem, etiam opitulationem requirit, Carpz. in Iurispr. For. p. 4. Const. 4. def. 6. nominatim de furibus asserit vel arg. §. 11. de oblig. q. ex del. vel saltem ex benigna Juris interpretatione l. 42. & l. 32. ff. h. Atqui in ipsa lege furum receptatoribus indicta pœna est d. l. 48. §. 1. de furt. l. 1. de fugit. nec ulla fit opis mentio in d. l. 1. de Recept. Igitur rectâ istum Titulum contra quàm voluit Wes. eod. num. 2. C. A. th. 4. n. 2. etiam ad privatorum delictorum reos, qui criminaliter extra ordinem possunt conveniri Bachov. in not. ad Wes. arcessit. Quos

m, ter ne, m. ga- in de §. 6. an- o. 6. cui no, C. de nam cum nat. min. iens erit, aut sit, à Corn. eum v. & ocata ervo sis an andæ pira- cum ad fa- avl's ope- ilites ltimo Frid. henck



authores per distinctionem quaestionum, An sit, & quomodo? concē-  
liat Nobil. Dn. D. Tabor in libr. terribil. d. t.

Dubis de-  
nique ar-  
gumentis  
tentatur  
L. princ.

Qua refel-  
luntur.

Septem  
actionum  
circum-  
stantia.

XL. Nunc limen speravi superatum: At ecce trifauci latratu  
Cerberus occupavit aditum, & quatuor delinquendi modis obgannit  
Gajl. 4. Modestini l. 52. §. 8. de Oblig. & Act. Iustitiani pr. Inst. de oblig.  
quæ ex delict. nasc. docentium has obligationes omnes ex re nasci, i. e.  
peccato seu facto, ut legitur in Glossato d. l. 52. §. 8. Crispinus in no-  
tis ad Institutiones d. pr. de obl. quæ ex delict. se periculum evitasse cre-  
dit, exceptionis loco subjiciens: verborum tamen contumelia & lite-  
ris & famosis libellis fit l. 16. h. Verum ex unoquoque penè delicto plu-  
res colubras trahere poterat: Injuria non tantum re fit, sed & verbo.  
§. 1. 1. de Injur. quæ distinguuntur in d. l. 52. §. 1. & 2. Publica quoque  
crimina multis modis fiunt, ut homicidium Domb. c. 68. falsum c. 119.  
Huic monstro alij aliam objecerunt offam, sed immaturis frugibus  
coctam & ustulatam, quare satis placare nunquam potuerunt, vide  
Dn. D. Tabor Racemat. 1. thes. 28. qui consopivit illud duplici somno,  
quorum primus conjicitur è præfixa tabula nostra, quæ quatuor ista  
considerat objectivè, quæ puniantur, non autem formaliter quæ deli-  
cta distinguant. Alterum ortum est à delictorum forma. Nam essen-  
tialis in contractibus est quadruplex §. 2. Inst. de oblig. in delictis uni-  
ca dd. ll. ad essentiam injuriæ non præcisè requiruntur verba, sicut ad  
verborum obligationem §. 1. Inst. de V. O. l. 38. de Act. & oblig. quam si-  
nistrè intelligit Wes. Par. de V. O. n. 12. Sed delicta sub accidentali forma  
spectata dicuntur factò, dictò scriptò & consiliò fieri. h.

XLI. Quæ quatuor SEPTEM MODIS aut CIRCUMSTANTIIS,  
expenduntur, à quibus etiam bonitas actionum & malitia pendet l. 4.  
§. fin. de re milit. quod breviter ostendi potest: Fatendum quidem est,  
circumstantias illas actiones humanas circumstare velut ad earum  
substantiam extrinsecus se habentes, ita tamen eas variare, ut ad spe-  
ciem prorsus aliam non raro trajiciant §. 4. 5. 6. 7. h. habito nempe re-  
spectu alterius, quod concomitantur: Nec enim accidentia rationem  
specificam actui possunt infundere: Verum aliquod accidens alterius  
intuitu pertinuisse potest ad formam actus, cui speciem tribuisse dici-  
tur, v. g. Si quis gregem abigat §. 7. h. Quantitas non est circumstantia  
abigeatus, sed ejus objectum l. 1. §. 2. de Abig. quod si furti compara-  
tionem intueamur, vicem circumstantiæ sustinebit, à qua pejoratus  
dicitur. Neque verò quantitas cujuscunque delicti speciem mutat, sed  
ejusdem deformitatem majorem vel minorem sæpius invehit, ut fur-  
tum quinque aureorum majus est, quàm levioris summæ artic. 157.  
non

non autem ab hoc specie differt. Equidem illi modi videntur mihi specie diversam actui malitiam infundere, quæ singularem ordinem difformitatis ad legem comparatæ important, quod ex subsequenti- bus fortè planum fiet. Nunc istas circumstantias, exemplo Jcti, qua brevitate poterimus, generaliter persequemur & specialiter.

XLII. Generaliter recensendo, tum eorum numerum tuebi- mur, tum usum in facienda pœnarum proportione commonstrabi- mus. Septem numerantur in §. 1. h. causa, persona, locus, tempus, quantitas, qualitas & eventus. Ex Aristot. 3. Ethic. 1. hoc versu cir- cumferuntur. Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quan- do. Plures alij commenti sunt, quæ ad hæc rediguntur. Nam v. g. τὰ παραλειπόμενα s. prætermissa sub commissis intelliguntur §. fin. Inst. de V. O. Et circumstantia (quoties) non circumstat unam & ean- dem operationem, sed diversas & distinctas inducit §. 10. h.

XLIII. Usus aliquis horum modorum inter alios emicat in decisione quæstionis: Quæ proportione pœnæ sint infligendæ? Hac de re, qui iudicium tulerunt, tum inter se Philosophi, tum Jcti dis- crepant. Arithmetica Horn. l. 3. cap. 13. n. 7. seqq. pag. 490. nescio quot argumentis operosè defensit, & Arnisaum aliòsque pro suffra- gio citat. Felicior esse videtur in confutando Wesenb. quòd ejus di- stinctionem examinat, quam facit inter legem & legis executorem Parat. de iust. & iur. num. 11. repetit ad L. Corn. de Fals. in fin. & re ipsa confutat t. de pœnis. num. 5. illam in abstracto sine προσωποληψία, hunc in concreto, non sine personarum delectu pœnam constituere. Quod discrimen à me nunquam satis est intellectum, aut cum l. 16. h. aliisque convenire visum. Proportionem Geometricam strictius ac- cipit Hornejus, quatenus ad eam pertineat, quod cuiquam, quæ Ci- vi, de publicis debetur & injungitur, ut præmium & onus. Hac de causa societatis contractum à distributivâ Justitiâ removet, licet per accidens fiat, ut socij portiones inæquales auferant, prout inæqualiter ad sortem conferunt. Contra Wesenb. Parat. pro Socio. n. 6. Tr. 1. 27. 8. d. (quem actutum reprehendit ibid. Bachov.) Crisp. §. 1. Inst. de Societ. lit. g. illam sumunt extenso nomine pro computatione lucri ad collatæ summæ proportionem adæquata l. 6. l. 3. fin. pro Soc. Similiter Wes. Parat. de privileg. credit. num. 7. in concursu creditorum pro rata debiti quantitate æqualitatem ad proportionem Geometricam non Arith- meticam redigit. At verò liquet inter Creditores non res publicas di- vidi t. t. de Reb. auth. iud. poss. Geometricam tuetur Gal. lib. 5. Eth. c. 2. & 5. & Wes. alleg. loc. Quibus annuo. Nam l. 10. l. 16. §. 1. seqq. l. 28.



Qua in pœ- nis tenen- da propor- tio? Arithme- tica?

Geome- trica? fin. h.

fin. h. l. 8. de Pagan. l. 6. ad l. lul. peculat. l. 1. §. 1. & 2. de Effract. & Ex-  
 pilat. l. 1. §. 3. de Abig. l. 2. l. 3. §. 2. de Termino moto, personarum cir-  
 cumstantias curiosè jubent attendi.

Harmoni-  
 ca?

XLIV, Satius est Harmonicam proportionem omisisse (cu-  
 jus rarum exemplum latet in l. 26. §. 1. C. de usur. sub centesima, se-  
 misse, triente. 3 Vel centesima, besse, semisse. 2



Siquidem eam  $\omega\alpha\rho\alpha\tau\alpha\mu\acute{\alpha}\varsigma$  in Geometrica contineri, cum ex ratio-  
 num similitudine, tum differentiis colligitur.

Crimen  
 vel ab ani-  
 mo fit vel  
 à casu.

XLV. In peculiari circumstantiarum examinatione viden-  
 dum est potissimum, utrum crimen voluntarium sit, an casuale. De-  
 inde considerandæ sunt voluntarij causæ; tum constituentes, tum ac-  
 cidentes. Priorum aliæ pertinent ad quodvis maleficium, aliæ tan-  
 tum ad quædam. Illæ sunt intentio faciendi seu causa vel persona.

Animus  
 facienti  
 an concur-  
 rere possit  
 in turpib.?

XLVI. In delictis constare debet de voluntate faciendi, l. 39.  
 de furt. ubi sciendum voluntatem & electionem à nobis non seungi  
 exemplo Cujac. qui voluntatem per  $\psi\upsilon\chi\eta\nu, \lambda\omicron\gamma\iota\sigma\mu\omicron\nu, \alpha\lambda\acute{\alpha}\theta\epsilon\sigma\iota\nu, \omega\epsilon\theta-$   
 $\alpha\acute{\iota}\rho\epsilon\sigma\iota\nu$  explicat Parat. de Acquir. vel amitt. poss. ita ut  $\beta\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\upsilon\sigma\iota\nu$  seu  
 prævia consultationem,  $\omega\epsilon\rho\alpha\acute{\iota}\rho\epsilon\sigma\iota\nu$  &  $\omega\epsilon\theta\acute{\epsilon}\xi\iota\nu$  conjunctas habeat,  
 quæ separatim differunt  $\tau\rho\acute{o}\pi\omega, \chi\rho\acute{o}\nu\omega, \upsilon\pi\omicron\kappa\epsilon\iota\mu\acute{\epsilon}\nu\omega$ . Deinde non du-  
 bitari quin delicta prævia electione committantur, utut dicas non eli-  
 gi nisi quod in nostra potestate situm est aut per nos fieri potest 3. Eth. 3.  
 Delicta verò jus inter impossibilia retulisse l. 125. de V. S. juncta l. 15. de  
 condit. Inst. Quandoquidem turpe, quod LL. impossibile fingunt,  
 $\tau\omicron\iota\varsigma \omega\epsilon\rho\alpha\kappa\lambda\omicron\iota\varsigma \chi\acute{\epsilon}\Phi \eta\mu\acute{\iota}\nu$  ab Aristotele non opponitur. Atque ita quo-  
 ad actiones civiles homines sua sponte bonos vel malos esse contra  
 Platoniorum opinionem, Socrat. apud Plat. in Protagora, jam olim à  
 Peripateticis conclusum est.

XLVII. Itaque si delictum non à voluntate hunc in modum  
 præparata productum est, modò per ignorantiam, modò ab ignoran-  
 te commissum dicitur. Hoc impune non erit, cum sit per quod il-  
 lam ignorantiam agenti possis imputare: quomodo Carpzov. contra  
 homicidam animadvertendum esse arbitratur, etiamsi præter ani-  
 mum occidendi armis, quibus communiter homicidium solet perpe-  
 trari,



trari, quempiam interfecerit in pr. Cr. p. 1. q. 1. cum illo verò si ἀγνοία  
ἀπιλυπός ἐστι, leniter agendum v. l. 11. §. 2. h.

XLVIIII. Porro ad intelligendum quando causa punibilis  
subsit, factum in §. 2. h. assumitur indifferens, nempe VERBERATIO,  
quæ quatenus à Magistris vel parentib. intenditur emendationis causâ,  
reprehensione caret: ab extraneo per iram facta punitur. Magistros ac-  
cipimus erudiendæ juventuti præfectos, & cuiuslibet disciplinæ præ-  
ceptores l. 57. de V. S. sive nullo gradu sint insigniti sive aliquo. Qui  
discipulos suos emendantes, castigantes, verberantes, aded non sunt  
taxandi l. 15. §. 38. de Iniur. l. 39. eod. ut potiùs remunerari debeant, ut  
Nicostratus ab Aquilio Regulo l. 27. de donat, & correptionis officio  
negligentiùs defuncti eorù nomine conveniri possint, veluti si lotium  
effuderint è cubiculo & cuius vestem contaminârint, non proclamando,  
Garde l'eau l. 5. §. 3. de his qui effud. vel deiec. Domb. c. 143. in fin. Sin  
plagosus Orbilius discipulum vulneraverit, eluscaverit, occiderit, aut  
futor puero discenti formâ calcei cervicem percusserit, ut oculus ef-  
funderetur, Aquiliâ tenebitur l. 5. §. 3. & l. seq. ad L. Aquil. l. 13. §. 4. Locat.  
cond. c. 7. extr. de homicid.

Impunè  
suos Ver-  
berant  
1. Magi-  
stri.

Habitò  
modera-  
mine.

XLIX. Parentes quoque controversias inter se filiòsque suos  
exortas intra domum loris terminant l. 4. C. de patr. potest. dum ne pro-  
vehantur ad impiam atrocitatem l. 2. ad Leg. Corn. de Sic. Nam jus vitæ  
necisque, quod olim in liberos habuerunt l. 11. de suis & legit. abolitum  
est l. 1. de Emend. prop. quemadmodum hodiè nec dominis licet in servos  
suos supra modum sævire l. 1. §. 2. & l. 2. de his qui sunt sui vel alien. iur.  
quamvis justa de causa possint occidere Myns. §. 2. Instit. eod. quam de  
graviùm criminum commissione nolim inferri, l. 11. §. ult. ad L. Corn.  
de Sic. l. 5. de Accus.

2. Paren-  
tes.

L. Extraneus qui jus emendationis nullum habet, vel est inte-  
græ mentis vel commotæ. Is abuti quidem animo vafre potest, l. 55. de  
furt. l. 1. de iniur. ipse tamen habet, quæ prætetat, putà se non convicij  
consiliò dixisse l. 5. C. eod. necessariae defensionis causâ cecidisse artic.  
120. &c Commotæ mentis iratisunt & ebrij. Verbera puniuntur, cū quis  
per irâ pulsatur h. Non enim opus est correctione Hotom. 5. obs 9. per in-  
juriam hîc legentis. Siquidem & factâ ἀγὸ θυμὸν ἐκείνα sunt, 3. Eth. 1.  
clamitant: Difficile, dolorem & iracundiâ temperare l. 36. §. 8. de Adulr.  
& ex ea commissa delicta mitiùs puniri, l. 2. C. de Abolit. Clarus lib 5. §.  
fin. q. 60. n. 19. quod extra Justi & adhuc ferventis doloris causas negan-  
dum art. 137. vers. der ein Todschlag auß Zorn gethan. Num. 35. l. 3. §. 3. ad  
Scrum.

Extraneis.

EX-  
cir-  
cu-  
se-  
2-  
6  
atio-  
iden-  
De-  
nac-  
tan-  
l. 39.  
ungi  
w  
seu  
beat,  
n du-  
n eli-  
Eth. 3.  
15. de  
unt,  
quo-  
ontra  
lim à  
odum  
oran-  
od il-  
ontra  
r ani-  
erpe-  
trari,



Sctm. Silan. l. 7. §. ult. ad L. Jul. repet. l. 5. C. de inj. Menoch. de Arb. Jud. cas. 219. n. 33. & 35. Farin. p. 3. pract. crim. q. 91. n. 13.

*Ebriof.*

LI. Eodem planè modò scelera plerumque per ebrietatem obteguntur, & oblivio Baccho cum ferula consecratur, quasi delinquentes ebrii semper ab ordinaria pœna liberarentur l. 6. §. 7. vers. per vinum. de Re milit. l. 11. §. 2. h. Recess. Worm. de anno 1495. Tit. die Peen deren so auß Hix oder Zorn schweren. Hinc vulgò: Ebrietas excusat à tanto, non à toto. c. inebriaverunt Loth 9. c. 15. q. 1. & c. 7. eod. Domh. c. 61. n. 23. Advertendum autem est, an ebrietas mentis alienationem & exilium adduxerit cap. 8. c. 15. q. 1. clement. un. de homicid. l. un. Si quis Imp. An verò potatorem sobriorum numero reliquerit Carpzov. p. 3. quest. 146. num. 48. seqq. Bellovis. 1. cap. 3. in fin. num. 15. Quoad priorem rursus inquirendum, utrum culpa casum præcesserit l. 27. §. 9. & §. 33. ad L. Aquil. aut qui nocuit, ebriosus sit C. A. L. 47. Tit. 10. th. 9. num. 5. iisdem temperamentis Horn. lib. 3. Eth. 4. n. 21. respondet ad illud tritum: Ebrios delinquentes afficiendos esse duplici pœnâ, præcipiente Pittaco Mitylenæo §. Ethic. c. 6. t. 72.

*Amatores.*

LII. Cum ebriis amoris œstrò perciti conferuntur, quòd sicut errant illi, & nesciunt, quid agant, ita secundum Senecam vivant in alieno corpore, & furiosis comparentur Novell. 74. Schneid. §. fin. Inst. de success. sublat. in fin. quo fundamento nitebatur Terentianus ille adolescens, qui semet eunuchum mentitus, cum paululum quiddam fecerat, deprecabatur: contumeliæ nò se fecisse causâ, sed amoris. Confestim ab hera Thaide veniam simul & suffragium accipit. Et pol (dicente) propterea magis nunc ignosco tibi. Non adeò inhumano ingenio sum, Charea, neque tam imperita, ut, quid amor valeat, nesciam. Terresiant, qui philtia miscent v. Carpz. pr. crim. q. 21. n. 2.

Illa nocent animis vimque furoris habent.

*Quomodo  
persona  
pertineat  
ad circum  
stantiam?*

LIII. Persona dupliciter spectatur eius qui fecit, & eius qui passus est §. 3. Atqui referendus ille fuit ad causam efficientem, hic ad materiam, quæ propius accedunt actum, quàm circumstando. Verùm sicut circumstantia quid significat effectus accidentia per actum producti, cum, si notaret ipsam actus essentiam, ille posset esse circumstantia sui ipsius: Ita personarum accidentia atque condiciones potius examinantur l. 28. §. 2. h. quàm ipsa. Scilicet Maiorenes sint, an Minorenes. Domesticæ vel extraneæ, Imperantes an obsequentes. Adulti privatae potestatis sunt vel publicæ. Si juxta gloss. h. & Quint. 6. Inst. 1. rectè Gothofr. pro in Magistrum restituit in Magistratum lit. r. Nostra lectio retineri posset, privatum non opponendo potestati, sed illi, qui nullo



nullo fungitur in audentem officio, Ut præcedens §. Magistro verberanti patrocinetur, hic verberatum vindicet.

LIV. Ex horum omnium conditione pœnæ vel aggravantur, vel mitigantur. Ex eodem delicto servi severius puniuntur, quam liberi l. 10. l. 28. §. ult. h. l. ult. de Iniur. Liberos autem non tantum filios accipere debemus, sed omnes liberos l. 9. §. 13. h. Deinde gravius coercentur qui quid in dominum ausi sunt, quam qui in extraneum l. 7. §. 8. de Iniur. c. 20. dist. 86. aliter qui in Magistratum, quam qui in privatum, l. 28. §. 8. h. Gail. lib. 1. observ. 39. Menoch. de arbit. iud. cent. 3. cap. 263. n. 6. Aliter qui in Studiosum, quam qui in plebeium C. A. 48. 10. 12. n. 2. & 33. ex quo consultum itur Studiosis, ne plebeia veste induti incedant arg. l. 15. §. 15 de Iniur.

Personarum  
qualitas  
in pœnis  
indicendis  
tuenda.

L V. Ut de domesticis securior sis, distingue delicta, quæ in patrem vel dominum principaliter diriguntur, & quæ bona potius concernunt. Illorum coercitiones non leniuntur, sed exasperantur t. t. ad Sctum Silan. l. 1. de L. Pomp. de paricid. l. 15. l. 9. §. 11. h. l. 3. l. 22. C. h. Deut. 21. Hæc verò iisdem extraneorum maleficiis certas ob causas §. 12. Inst. de inut. stip. §. 2. l. de hered. qual. & diff. l. 41. §. 2. de furt. §. 6. l. de inut. stipul. l. 4. l. 11. de iud. l. ult. an servus pro suo fact. non comparantur l. 11. §. 1. h. l. 16. pr. de furt. Domh. c. 110. n. 41.

Quanta  
domesticorum  
delicta.

LVI. Minor ætas puberum est vel impuberum. Illi regulariter in criminibus ætatis suffragio non juvantur l. 1. si adver. delict. l. 9. §. 2. l. Minorem & Gothofr. lit. y. l. 37. de Min. cum conveniat crimen innocentiam potius, quam ætate purgari l. 20. pr. d. t. l. 7. C. h. Hæc res ut penitius tradatur, tribus distinctionibus opus est. 1. Ex l. 1. si adv. del. An delictum ex animo venerit, ut furtum l. 23. de furt. adulterium l. 38. §. 4. ad Leg. Iul. de adult. homicidium l. 6. C. ad L. Corn. de sicar. An extra, id est, ex re ipsa Cuiac. Par. Si adv. delict. 2. Regulam intelligi de criminibus commissionis, non omissionis l. ult. d. t. ubi Pac. num. 2. & Wes. Gothofr. l. 38. §. 7. lit. O. ad l. Iul. de Adult. quam distinctionem Bachov. ut contra Treutl. 1. 11. 12. C. asserat, inter ea discrimen facit, quæ naturam suam delicta sunt, & quæ lege Civili pro delictis habentur, in his succurri minori communiter omnes statuere l. ult. si adv. del. l. 9. §. penult. de Minor. l. 1. In quibus caus. in integr. In illis secus, si maior sit octodecim annis auth. Si captivi. de Episcop. & Cler. Novell. 11. c. 3. §. 13. 3. Inter delictum levius & gravius. Minor prioris generis delicto reus mitius pro Judicis arbitrio punietur. Anton. Tess. ur. in fin. decis. 229. per l. 28. §. 3. h. posterioris; ordinaria pœna censetur afficiendus l. 9. §. 2. de Minor. l. 36. ad Leg. Iul. de Adult.

ÆTAS  
1. Minorem  
nium.

D

LVII. Ve-

cas.  
ob-  
nen-  
cum.  
en so  
nto,  
23.  
ium  
An  
146.  
s in-  
quil.  
tem-  
orios  
Mity-  
quod  
vant  
§. fin-  
s ille  
ddam  
Con-  
l (di-  
nge-  
ciam.  
s qui  
ic ad  
Ve-  
ctum  
cum-  
potius  
Mino-  
dulti  
nst. 1.  
lostra  
i, qui  
nullo



LVII. Veruntamen hi textus ad denegandam restitutionem in integrum restringuntur, quod omnino pœnâ aliquâ minor plectendus sit, non autem præcisè ordinariâ l. 37. vers. in delict. de Minor. Wes. in com. C. ad E. Corn. de Sicar. num. 26. Menoch. lib. 2. de arbitr. Iud. c. 329. n. 11. C. A. 4. 4. th. 53. & 54. Pac. §. 10. C. de pœn. nisi malitia ætatem suppleat Ordin. Cam. art. 164. ibi: daß die Bosheit das Alter erfüllen möchte.

II. Impube-  
rum.

LVIII. Impuberes vel adhuc infantes sunt, vel infantiam superârunt. Horum aliqui pubertati proximi sunt, alii infantia §. 9. Inst. de inut. stip. Infantes innocentia consilii tuetur l. 12. & Goth. lit. o. ad Leg. Corn. de sicar. ad annum usque septimum l. 1 §. 1. de Adm. tut. l. 18. C. de iur. delib. Pubertati proximi doli capaces sunt l. III. de R. 1. Quò verò tempore proximitas pubertatis & infantia æstimetur, nimium ambigitur Accur. §. 10. Inst. de inut. stip. Myns. §. 1. Inst. quib. mod. tut. fin. sibi contrarius §. pen. num. 3. Inst. de oblig. qua ex del. nasc. Cuiac. in not. d. §. 10. quem textu colorabimus cap. 6. extr. de despons. impub. cùm pro diversitate causarum & circumstantiarum varia sint constituta tempora, dixerim quibus casibus tempus non est definitum, Judicis arbitrio relinquendum esse l. 1. §. 2. de iur. delib. c. ult. extr. de transact. Etenim observavi Jurisconsultos quandoque impuberes simpliciter supponere doli capaces §. 1. Inst. quib. mod. tut. finit. l. 14. de Tutor. non rarò negare l. 22. ad L. Corn. de Fals. l. 23. §. 2. de Ædil. Edict. v. l. 1. extr. de delict. puer. sæpè sine determinatione limitare l. 13. §. 1. de dol. l. III. de R. 1. l. 23. de furt. l. 4. §. 26. de dol. m. & met. exc. art. 164. Næ quia 1. admodum impuberes non arguunt doli capaces l. 3. §. 1. de sepulch. viol. 2. In pœnalibus causis benignius interpretandum est l. 155. §. 1. de R. 1. Judex doli capacitatem prope pubertatem arbitrabitur. De senibus decrepitis, qui Minoribus interdum comparantur, & mitius puniuntur v. l. 3. §. 7. ad SC. Sil. l. 2. de Term. mot. Menoch. d. l. num. 21. Clar. l. 5. §. fin. quest. 60. n. 7. & quest. 64. num. 22.

LOCVS

LIX. Memoratum modum causa faciendi & personæ delictis accedunt, insuper certa quædam crimina distinguit locus & tempus. I. Crimina Ille facit, ut idem vel furtum, vel sacrilegium sit, & capite luendum, vel minori supplicio §. 4.

Religiosus  
hic non ar-  
tenditur.

LX. Neglectis locorum aliis divisionibus, oculos ad sacrum convertam, qui verè talis est, nempe sacer, aut modo quodam, ut religiosus l. 6. §. 4. de R. D. in hoc etiam sacrilegium admitti Wes. Par. n. 4. ad L. Iul. pec. statuit & ibidem Cuiacius & C. A. th. 6. & 7. n. 1. per l. 1. d. t. Qui textus peculatum in specie manifestò signat, qui fit in sacra pecunia vel religiosa l. 4. l. 9. §. 2. d. t. ceterarum verò rerum religiosarum cenotaphiis ablata.

ablatarum furtum aliter coërcetur l. 3. in fin. C. de sepulchr. viol. verisimilius igitur est, Saturninum tantum ad locum sacrum respexisse, solumque tribuisse facere sacrilegium.

LXI. Hic velut Medusæ caput objicitur l. 5. ad Leg. Iul. pecul. in qua tam negligitur loci circumstantia, ut si res privatorum in æde sacra depositæ surreptæ fuerint, actio furti sit, non accusatio sacrilegii. Gothofr. lit. C. probat Cuiacii solutionem 13. obs. 19. opinantis, Saturninum à Rhetorum rationibus stetit, qui crediderint sacrilegium potius ex loco sacro, quam adjuncta re definiendum esse. Sed quia plerique textuum collisionem oderunt, & Saturninus ipso Antonini Pii tempore vixit, tutius est, hinc simul assumere rem sacram, hoc evidenti sensu: Sacrilegii crimen adeo requirit simul locum & rem sacram, ut hæc in profano amota furti tantum obliget l. 4. l. 9. §. 1. ad Leg. Iul. pecul. æquè ac abigeum à fure quantitas discernit, numerus fortè senarius aut quaternarius l. 3. in pr. de abig. nec tamen qui simpliciter septem furatur (non substrato pecore) abigeus est. Jure Canonico & Carolino sacrilegium latius definitur cap. 21. vers. Similiter. c. 17. quest. 4. art. 171.

LXII. Capitale supplicium à minori distinguit locus, quod ex præcedentibus delictis explicationem recipit. Varia sacrilegii pœnarum genera sunt. Damnatio ad bestias, in furca suspensio (art. 174.) vivi crematio (quæ fur hierothecæ, cui Pontifex Eucharistiam Dominicam inesse credit, conficitur art. 172. So einer ein Monstranz stilet/ da das heilig Sacrament des Altars in ist) Deportatio, pœna metalli l. 6. ad L. Iul. pecul. capitis l. 9. Extra ordinem l. 4. §. 2. d. t. Quorum pleraque capite non plectunt, & conciliatione inter se pariter ac cum facta supplicii capitalis ad locum sacrum restrictione opus habent, Clarus Lib. 5. §. Sacrilegii. n. 3. pœnam sacrilegii extraordinariam asserit, at semper capitalem (capitis amputationem aut suspensionem) cui lex 6. d. obverti potest. Malim igitur tam in hoc §. 4. quàm in d. l. 9. capitis aut capitalis vocem ad sensum juris audiri pro morte civili aut naturali l. 2. l. 28. l. 29. h. l. 1. de bon. eor. §. 2. Inst. l. 2. de pub. Iud. Quod autem Cuiacius in Tract. 5. ad Afric. post princ. capitis accusationem definit, cuius pœna est mors vel magna capitis minutio, ut exilium l. 10. de Iur. patron. l. 14. §. 3. de bon. libert. de media quoque sumendum est: Nam exilium aquæ & ignis interdictio est l. 2. de pub. Iud. hæc in deportationis locum successit l. 2. §. 1. h. utraque mediam capitis diminutionem facit §. 2. Inst. de cap. dem. Præter locum sacrum, alia multa, ut Theatra, stadia plerumque privilegiata gravioris pœnæ causam præbent §. 9. Inst. l. 9. §. 1. de Iniur. Carpz.

Sacer est, à quo sacrilegium.

Lex à vltima conciliatur.

(1) quodam modo.

(2) Omnimodo.

II. Supplicia.



pr. crim. i. q. 40. n. 5. & Iurispr. For. p. 4. C. 13. def. 9. non tamen sacrilegium efficiunt Carpz. d. l. q. 78. n. 94.

**TEMPVS**

discernit

1. Eman-  
forem

(1) Dubi-  
tando.

LXIII. Emanfor & fugitivus, fur nocturnus & diurnus tempore dignoscuntur §. 5. Emanfor possit videri duplicem involvere respectum 1. ad desertorem significans militem, qui diu vagatus ad castra regreditur l. 3. §. 2. & 3. de re milit. 2. ad fugitivum & notare servum erroneum h. excluso milite, tam ex legis inscriptione, quam habitâ cum errone comparatione: quod enim in militia desertor est vel emanfor, desertio & emansio, id in familia fugitivus est & erro vel fuga & error l. 3. §. 2. & 3. l. 4. §. 14. de Re milit. l. 1. §. 5. de servo corrupto, quem locum non intellexit Glossator, errori deditum servum explicans, qui nihil discit.

LXIV. Posterior respectus rectius hic exterminatur: Quandoquidem fugitivus & erro ab effectu & affectu judicantur, non pro numero temporis, ut Ulpianus latius persequitur l. 17. §. 3. 4. seqq. de Edil. Edict. sicut emanfor & desertor l. 3. §. 2. 3. & 7. l. 4. §. 13. de Re Mil. Hic abest diuturno tempore, ille non ita prolixo Cui. 6. obs. 22.

(2) Deci-  
dendo.

LXV. Argumentum 1. ab inscriptione petatum non valdè urget: Quippe licet inter paganos & milites multum discriminis intersit ratione tum fori competentis l. 9. de custod. & Exhib. reor. t. t. de off. Mag. Milit. tum pœnarum infligendarum l. 14. h. l. 1. & 3. de Veteran. Wes. Par. de l. & 1. n. 11. præcipuè in Re præsentî, quòd aliter coërceantur servi fugitivi l. 38. §. 4. h. l. 5. fin. de Man. l. 2. C. de fugit. Wehner. pract. observat. verb. Brandzeichen: Tamen Claudius in paganorum pœnis tam occupatus non est, quin ad aliquam militum mentionem provehatur propter communem omnibus delictis circumstantiarum naturam. Imò nec ipsius fori præscriptione milites in gravioribus gaudent l. ult. de Acc. l. 3. de Re Milit. 2. Comparatio desertionis & emansionis cum fuga & errore, probat quidem similem delicti qualitatem, de qua l. 3. §. 14. de Re milit. §. 6. h. non autem quantitatem vel emansionis tempus, quod antè fuit evictum.

11. Effra-  
ctorem à  
fure.

(1) Tali

LXVI. Particula V E L sejungit ab effractoribus fures tam ut tales, quam qualificados: Frequenter enim ancipiti vi voces in eodem loco valent, ut l. 20. C. de pact. & ibi Pac. In interdicto quod vi aut clam, particula (aut) conjunctionis & disjunctionis nota est. Probat prius membrum. Saturninus curam gessit de carcerum effractoribus, capite puniendis, si conspiratione cum cæteris è carcere eruperint l. 1. pr. de Effract. l. 13. de custod. & exhib. reor. l. 38. §. penult. h. Certum autem est juxta temporis circumstantiam sine pacis turbatione

tione violati carceris pœnis diffitam metam esse præfixam l. 1. §. 2. & l. 2. d. t. ab ea, quæ furum ut talium est. Probatur posterius: Effractor (2.) Quali. res fures sunt; Sed atrociores & peculiarem legislatorum castigacionem meriti d. t. de Effr. in cuius l. 2. traditur, quàm variè pro temporis ratione, quò furtum cum perforatione commissum est, contra eos animadvertatur, quam animadversionem & carcerum eruptoribus & insularum effractoribus l. 3. §. 2. de offic. præfect. Vig. generaliter sancitam remur. Igitur fures τριχάροχοι gravius puniuntur quàm fures. Equidem fur nocturnus extra ordinem accusatur, nec in ejus pœna operis publici temporarij modus exceditur, l. 1. de Fur. baln. Interdiarius seu dormitator Judiciorum ordine servato in triplum vel quadruplum tenetur. Secus est utrobique in furibus muricidis seu parietum confectoribus d. l. 2.

LXVII. Placuit Nomothetis pœnam exasperari pro tempore, ut quo flagitium tutius in tenebris committatur, eò graviori corrigatur acerbitate. Simile tulit argumentum Cujac. 6. observ. 8. Hinc LL. 12. tabb. furem nocturnum ob suspicionem latrocinij occidere permiserunt. Post additum est, ut paterf. suppetias aliorum clamore imploraret l. 4. ad L. Aquil. experturus occidendi causâ venerit, an furandi. Quod apparebit, si effugiat aut usque delitescat, quam explicacionem etiam Augustinus super Exodum comprobavit cap. 3. Extr. de homicid. Domb. c. 78. n. 3. Carpzov. pr. crim. q. 32. seqq. Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 17. n. 16. Cujacius furem nocturnum ob periculum imminens occisum esse præsumit, licet non sit exclamatum, cum à fure jam fortè cubiculum ingresso metuenda sint extrema, Bachov. 2. 30. 2. B. Quod quatenus obtineat disputari potest. Ergo hujus homicidij causa non est in bonorum conservacione l. 17. de vi & vi arm. l. 1. C. Vnde vi. l. 52. §. 1. ad L. Aquil. uti communiter opinantur, quos copiosè allegat Clarus §. homicidium. num. 27. & 28. lac. Ayr in Processu Jur. histor. c. 1. obs. 3. num. 14. contra quos v. §. 6. de concep. ff. Sed in avertendo vitæ periculo l. 9. ad L. Corn. de Sic. art. 150. & 140. è contrario furem interdianum, diaboli membrum (secundum Indulgentiam Papa loquitur propter imaginem Dei, cap. 2. extra de homicid.) tum demum licet interficere, si se telo defendat l. 54. §. 2. de furt. Quod si verò deprehensor succubuerit, rotæ suppl. ciò deprehensum afficiendum ait Carpz. p. 4. const. 6. defn. 9. Const. Car. art. 137. de quo supra modum horrendo suppliciorum genere vide multis Domb. in c. 41. n. 42. & simul ad rotas damnatorum mirabiles historias.

LXVIII. Modos delicta constituentes, excipiunt contingenter

D 5

acce-

§. 6. *Distinguitur.*

accidentes, QUALITAS & QUANTITAS. Qualitate factum vel atrocius vel leuius est §. 6. quod illustratur exemplis & autoritate Demosthenis: illa sumuntur à delictis, quæ nomen habent formatum & peculiare vel commune. Priora tam ordinaria sunt quam extraordinaria. Ordinaria vel sunt privata vel publica.

QUALITAS *dist.*

LXIX.

l. Furta.

In istis qualitas potissimum furta manifesta discernit à non manifestis, quorum distinctio adhuc in usu est & usurpatur *art. tit. 157.* ut actor possit civilem pœnam exigere, *C. A. L. 47. t. 2. th. 23.* Sunt autem furta manifesta cum *ἐπ' αὐτοφώρω* aut antequam eò pervenerit quò deferre destinasset, fur visus vel deprehensus est, *d. 3. Inst. de Oblig. quæ ex del. nasc. l. 4. de furt.* licet quoad alios effectus quotidie contrectet *l. 6. d. r.* Illud pœna quadrupli, hoc dupli vindicatur, *l. 46. §. 2. ff. §. 5. Inst. eod.* Rationem diversitatis anxie investigat, *Bachov. 2. 30. 3. B. & C.* & veram in ratiocinatione Prætoris posuit, cui, cum ex *LL. 12. tabb.* latissimam utriusque furti pœnarum differentiam cognovisset corporalem pœnam ait displicuisse, quare non omnem differentiam tollendo, in ejus locum gravissimam, quæ actione civili exigi posset, §. 21. *Inst. de Act.* surrogasse. Nullum autem discrimen ex ipsa delictorum qualitate quæsivit, quæ quia furtum reddit atrocius vel leuius h. mensuram quoque pœnæ gravioris vel levioris flagitat. Quin imò quid permovet decemviros, ut corporalem pœnam constituerent?

Furtorum pœna. Pœnarum ratio.

LXX. Ulteriori ratione peropus hîc est, ne convellantur ea, quæ pro nocturnorum furum & effractorum asserenda pœna superius adducuntur: Nam Generaliter occulta scelera castigantur acerbius, quam manifesta, *l. 1. de Fur. baln. l. 2. de Effr. §. 5. h.* Verùm præterquam quòd occultum & manifestum in prehensionis qualitate considerentur, non in adjuncto tempore: siquidem omne furtum intentione furis clandestinè suscipitur; interest Reipubl. manifestos fures pœnarum severitate terreri, ne fortè qui se deprehendi non admodum curaverunt, telo resistant & publicam quietem turbent, *l. 54. §. 2. de Furt.* Hoc argumento servato, *Bachov.* distinguenti inter facta indifferentia & semper prohibita, quorum hæc gravius, si palàm fiant, plectantur, frustra regesseris, & furta naturâ turpia esse, graviora tamen nocturna diurnis §. 5. *h.*

Rationis ratio.

LXXI. Suborto novo Scrupulô, circumstantiæ in cujus explicatione versamur, vim discernendi furtum ademptum hîc, dicendo: Eiusdem rei & manifestum furem & nec manifestum esse posse, *l. 21. fin. pr. de Furt.* Sed id duplicis actus respectu receptum est: si-

Divisio Furtorum impugnatur.

quidem

quidem qui contrectatis clam in armario rebus discessit, & mox re-  
versus unam ex iis tulit, si deprehensus fuerit, nec manifestus fur erit  
ex primo facinore clam peracto: manifestus ex secundo prehensio.  
Quæ singula, nunquam sine præfatione nominandus, Dn. D. Tabor  
in suis Racemationibus, quibus doctiora non extant, discussa dedit.  
Idcirco pergam ad alia, ne dicar ad fluvium effodisse puteam.

LXXII. Crimen publicum est grassatura, l. ii. de vi publ. l. 3. II. Grassa-  
§. 2. l. 28. §. 10. h. Grassatores ( frequenter viam gredientes ) ad idem *turans*  
delictum nitentes Acc. hinc *παχυλῶς* describit: Nam ad unum-  
quodque delictum plures niti possunt, nec propterea grassatores dici,  
l. 21. §. 9. de Furt. Sive viarum obsessores, circumforanei, vagabundi,  
Landläuffer/ mutinirende Knechte/ Hanenreuter/ qui catervatim re-  
giones peragrantes vias publicas & privatas depopulantur, inopinan-  
tes aggrediuntur, de quorum pœnis extat, l. 28. §. 10. h. l. 1. & 2. *Quan-*  
*doliceat unic. Recept. Imp. August. de Ann. 1555. vers. Vnd damit angerege*  
*te Bergadderung. & seqq. p. 430. ord. Cam. part. 2. tit. 15. fin.* Severius  
autem animadvertitur in eos, si cum deprædarentur homines ob-  
truncârunt, d. l. 28. §. 15. h. P. H. D. art. 126. C. A. L. 47. 18. 7.

LXXIII. Rixa est duorum vel plurium usque ad decem ver- *à Rixa.*  
bis aut verberibus facta contentio: Enimverò si plures fuerint turba  
dicetur, l. 4. §. 3. de Turb. Differt à Grassatura præcipuè, quòd rixantes  
contra semetipsos excitentur, aut ex improvise, l. 52. §. 1. ad L. Aquil.  
instar ipsius turbæ, clamore, criminatione, vel ad misericordiam pro-  
vocatione contractæ, d. l. 4. §. 6. aut prævia provocatione ad duellum,  
zum Faust- vnd Kolbenrecht / quod vindictæ privatæ nomine prorsus  
improbandum est. Bachov. 2. 32. 6. h. p. 1280. Quod si in rixa homo  
percussus perierit, ictum uniuscujusque in hoc collectorum con-  
templari oportet l. fin. ad L. Corn. de Sicar. Menoch. l. 2. arbit. lud. quæst.  
cent. 4. c. 362.

LXXIV. Expilationes sunt extraordinaria crimina & atro- *III. Expi-*  
ciora furta l. 1. §. 1. de Expil. vel rerum singularum mobilium 47. ff. 18.  
grassaturæ sæpè similia l. 11. de vi publ. Wes. Cujac. Parat. d. t. C. A. 47. 7.  
art. 126. vel universarum 47. ff. 19. 9. C. 32. l. 12. ex quib. causis infam. ir-  
rog. extra ordinem plectenda, l. 1. l. 3. d. t. art. 165. non obstante l. 22. §.  
10. fin. de tur. delib.

LXXV. Commune nomen & vagum habet violentia, cap. 4. IV. Vio-  
extr. de iis qua vi met. Nam pro quintuplici sua differentia parit inter- *lentiams*  
dicta §. 5. & 6. Inst. de Interd. Actiones §. 19. de Act. restitutiones Tit.  
Quod metus causa. Accusationes ex L. Julia de vi & aliis constitutioni-  
bus.

bus. Sæpè ex eadem delicti specie prodit actio simul & accusatio, l. 2. §. 1. *vers. utilis: de vi bon. rapt.* Omnibus remediis, quibus violentia frangitur pinguius est canonis redintegrandæ, 4. c. 3. q. 1. c. 18. *extr. de restit. spol.* Quod sine ulla temporis præfinitione dari *Wes. 2. de vi & vi arm. in fin.* affirmavit: Sed Costa negavit *Cent. 2. p. 503. seqq. per c. 9. c. 16. q. 3. l. 3. 4. de præscript. 30. vel 40. ann. auth. Quas actiones de SS. Eccles. v. C. A. 43. 16. 23. p. 1197. Ampl. Dn. D. Biccium in Aur. p. 369. lit. TT.*

à Petulantia.

LXXVI. Petulantiam Accursius contumaciam vocat h. fortè minùs cogitanter. Quippe petulantia commissionis vox est & juxta legem oppositionis post se factum relinquit velut ipsa violentia, l. 1. §. 3. *de vi & vi arm. l. 2. §. 2. de vi bon. rapt.* Quod enim *Schneid. pr. inst. de vi bon. rapt. n. 10. verbum RAPERERE, inquit, verificatur non solum quoad factum, sed etiam quoad animum,* de facto ultimo intelligendum puto, ita ut animus non intra internarum de rapina meditationum cancellos claudatur, sed conatum productum seu factum subordinatum & præcurrens signet, d. l. 2. §. 2. At contumacia omissionis est & in jus vocati, nec euntis. Deinde hæc non est sine dolo, l. 53. *de Re iud.* Illa verò sine præconcepto dolo. Saturitatis proles & extemporaneæ lasciviæ videtur, uti Livius plebem lascivire ait *lib. 4. cum otio petulantiam magis excitaret, quàm seditionem meditaretur: aut jocus intempestivus l. 3. §. 3. de Inj. incontinentis & intemperantis hominis, l. 39. de furt. Si dolum admixtum habeat in violentiam degenerabit. l. 2. §. 8. de vi bon. rapt. l. 14. §. 13. Quod met. causa. Nec impedit l. 3. §. 2. l. 4. §. fin. ne quis eum, qui in jus voc. quo minus violentiæ dolus semper insit, C. A. 2. 7. 3. p. 93. Hujus vocabuli significatum Cujac. ad Afric. 8. c. & hæc distinct. p. m. 524. eleganter exhaurit exemplò, quod de Othone scribit Suetonius *lib. 2. noctibus vagari solito & obviorum quemque invalidum aut potulentum distento sago impositum jaculato, de quo Mart. lib. 1.**

Ibis ab extenso missus ad astra sago.

Judex igitur à violentia discreta petulantia pœnam remittat, l. 6. §. 7. *de Re Milit. l. 4. §. 1. ad L. Corn. de Sicar.*

Orationis Demosthenica versio corrigitur.

LXXVII. Spectemus jam Demosthenis orationem & solam & quantum in Jure valeat. In se spectata, facientis affectum acutè contemplatur, & quod ait Quint. *lib. 6. Inst. 1. Ex parte percussi corporis, ex vultu facientis, ex habitu invidiam Mediæ quarit. Hic cum Alcibiades lib. 2. Dissunct. 16. ineptias Accursij explodendas dicat, per vestigemus, in quibus interpret dormitaverit, juncta ubi opus fuerit cum græco stylo latina versione: & γὰρ, inquit Demosthenes, ἡ πολλὴ καὶ ἀεὶ ἴσως*



παρέστησεν τὴν ὀργὴν, ἀλλ' ἡ ἀτιμία: Non enim plaga representat contumeliam fieri. Dupliciter offendi potes. 1. Versione τῆς ὀργῆς in contumeliam. ex qua interpretatione sine dubio subrepsit communiter surrogatio τῆς ὕβρεως. 2. Omisâ explicatione verborū: ἀλλ' ἡ ἀτιμία. Serius animadverium est, dum in glossa subintelligendum traditur (sed injuriam, quæ vox in primo casu manifestò legenda) Hanc lacunam iterum alii suppleruri, addiderunt: sed dedecoratio, cuius vice contemptus elegantius fungitur.

LXXVIII. Μεταφραστικῶς igitur ita cape: Non plaga quævis vel ut talis iram præ se fert, aut in patientis animo concitat (quid enim si quis per jocum percusserit l. 15. §. 23. l. 3. §. 3. de injur. l. 3. de serv. corrupt.. Sive in Comœdia ex composito, ut servus apud Plautum: Hisce ego jam sementem in ore faciam, pugnòsque obsiram (Tu HERE) face ut oculi locus in capite (L O R A R I I) appareat, in Menach. Act. 5. scen. 7. Sed si cum contemptu infertur: Nam in sequentibus πλῆγὴν per τὸ πλῆττεν declaratur.

LXXIX. Δεινὸν apud Scriptores reperitur esse κακὸν quando res adversas & pericula significat. Hoc in loco melius in latinum grave vertitur, per πλοκὴν repetitum: primùm enim dolorem indignum, & moralem innuit, deinde tantum corporalem. Quæ figura frequens est in jure, ut rem tradi stipulatio tantum tradi stipulatio est l. 28. de V.S. & mulier mulier fieri non potest l. 13. §. 7. de Edilit. Edict. c. 6. extr. de frigid. & malef. Sensum periodus exhibet. Per se liberis non esse contumeliosum verberari argum. §. 2. h. l. 4. l. 15. §. 38. de Injur. Sed si per contumeliam intendantur verbera, quid nî faciant injuriam? l. 3. in pr. l. 44. de Injuriis.

LXXX. Dices: (ἐλευθέροις) otuari: Etenim & servis injuriam verberando fieri l. 15. §. 35. de Injur. Verum est, verbò generaliter accepto l. 1. de Injur. Servos etiam verberum injuriam sentire, quam Prætor ulcisci debeat: non autem si formaliter injuriam respicias §. 3. de Injur. In primis quia κονδύλης Alciatus pugnòs esse, non fustes exponit: & servum verberasse abusive dicitur, qui pugnòs cecidit l. 15. §. 40. & 43. ff. §. 3. Inst. de Injur. Vult autem Demosthenes hoc verbo atrocitatem facti representari: Hominem ingenuum, ad agenda Dionysia delectum curatorem manu non expansâ, sed in pugnum contracta pulsatum esse.

LXXXI. Græcorum cætera proprietatem propiùs assequuntur. Dummodò 1. Ἐπὶ κόρρησ cum Alciato supra caput vertas: Nam

E Inter-

. 2.  
tia  
de  
vi  
q. 3.  
A.  
for-  
xta  
k. §.  
de  
lum  
um  
ina-  
s est  
ud.  
neæ  
etu-  
s in-  
inis,  
abit.  
§. 2.  
per  
ic. 8.  
tho.  
em-  
o, de  
§. 7.  
olam  
con-  
oris,  
Alcia-  
tigel-  
cum  
λγῆ  
έσησεν

177



Interpres vocis (*Ἰνὴ κόρη*) consonantiâ deceptus est. Quamvis oratorem in oculo læsum, si credibile feceris, ἢ κόρη cilia significari possit & injuriam aggravare §. 9. l. de Injur. 2. Pro deponenti extremo loco passivè posito substituas: Injuriam adficerentur. Reliqua elementorum, accentuum, & interpunctionum sphalmata, quorum penè multa sunt, consecretari desinam, faciliè cuius obvia.

§. 6. cum  
aliis evoc-  
tio φωνῆς  
conferitur

LXXXII. Quid exoritur novissimè murmuris? Modorum sedes permisceri, verberationū indignitatem sub faciendi causa comprehensam recoqui, pupillæ conditionem ad loci classem mancipandam revocari! Nihil horum est. Illinc facinoris causa justa sit an injusta inquiritur, à qua deia actio nominatur. Hic ulteriori operatione gradus eius intensiores & remissiores exaggerantur. Illinc locus discedit maleficia; hic eadem aggravat, veluti si in oculo quis percussus fuerit aut in capite, non nascitur delictum ab injuria diversum, sed illa sit atrocior §. 7. Inst. de Injur. Qui gradus tot anfractibus dissident, ut etiam si læpius habitu l. 15. §. 27. de Injur. Cuiac. 6. observ. 5. aspectu, voce, gesticulationibus & sanis cuiquam illusum sit & à tergo multa contumelia pista, quæ contumeliarum non aduetos extra se constituunt, id est, ad iram concitant & accendunt, quædam tamen nec annunciare possint nesciantque.

Occipiti cæco posticæ occurrere sannæ (*Perf. Sat. 1.*)

Scriptorū  
authoritas.

LXXXIII. Demosthenis aliorumque classicorum scriptorum auctoritas apud Jurisprudentes olim authentica fuerit, aut hodiernum Juris firmum argumentum suppeditet fortè dubites. Equidem ipsi Jurisperiti allegati sæpè nullam fidem faciunt l. 1. §. 6. de vet. lur. enucl. neque sibi semper constant docti l. 22. §. 3. C. de furt. Qua in re interest spectare causas in jure decidendas & decisas. De illis Jurisconsulti veteres sanis rationibus concertarunt, quas ab auctoritate plerumque & testimonio deprompserunt in pervestigandis tum rerum argumentis ipsis l. 2 de nundinis. l. 33. C. de solut. & liber. l. 39. h. l. 12. de stat. hom. Quo facit allegatio Græci Poëtæ §. 8. h. & orationis Demosthenicæ *ἡ ἐκονδία*, Budæus in Par. h. tum vocum differentiis & significatis vel NATIVIS, ut cum olim duæ sectæ de emptionis & permutationis differentiis disceptarent, utraque versibus Homericis utebatur §. 2. Inst. de Empt. vendit. l. 1. §. 1. de Cont. Empt. Et cum dubitaretur de suis an pecorum appellatione continerentur §. 1. Inst. ad L. Aquil. (*dubitandi rationes vid. apud Ampliss. Dn. D. Tabor. c. 2. §. 2. de lure Socidæ.*) auctoritate Homeri obtinuit eos pecoribus annumerari l. 65. §. 4. dd Leg. 3. Quod magnum

magnum illi Poëta præconium conciliat, cuius uno versu Solon in ju-  
dicio evicisse dicitur, Salaminem insulam fuisse Atheniensium. Exem-  
pla plura passim extant l. 1. §. 1. de mort. caus. don. Alciat. l. 67. §. 1. de V. S.  
l. 236. de V. S. l. 4. §. 6. de grad. & affin.

LXXXIV. Vel DATIVIS. Ita puellam appellatione pueri  
significari Ulpianus l. 163. de V. S. disputat. i. fœminas puerperas appella-  
ri recentes ex partu. 2. Græcè παῖδιον communiter dici. Quibus Al-  
ciatus obmurmurat dupliciter, (1) puerperam non à puero dici, sed à  
puera, (2) Græcorum exemplum nihil movere, cum apud eos παῖς  
commune nomen sit, Latinorum autem nemo puerum fœminino  
genere protulerit. At primum argumentum aut ἀνομιον alit, fœmini-  
no vocabulo etiam masculos contineri contra, l. 45. in fin. pr. de Leg. 2.  
Quod exemplo pessimum esse ipse Alciatus ex antiquitate firmat lib. 2.  
parerg. cap. 48. aut infert enixam puerum, non esse puerperam. Se-  
cundum ignorat elenchum: Jctus non ad genus commune intendit,  
sed usum loquendi promiscuum & Latini vocabuli significationem in  
Græco quæsit, ut fieri solet l. 236. 239. de V. S. Igitur (in παῖς) παῖδιον  
converti non opus est uti quidem etiam Brechæus Alciatum suum re-  
ligiosè secutus convertit. In hanc classem collocantur l. 9. §. 1. de supell.  
leg. l. 132. & 134. de V. S. Voces autem etiam κατὰ συμπλοκὴν intelli-  
mus, proæm. ff. §. 11. l. 6. §. 3. de off. Proc. l. 79. §. 1. de leg. 3.

LXXXV. Jurisperitorum ita digladiantium, qui validioribus  
rationibus argumentabantur, obtinuerunt l. 6. §. 1. de vet. jur. enucl.  
veluti Proculus & Nerva §. 2. Inst. de Empt. vendit. l. 4. mand. Papinianus  
l. 10. C. de condict. indeb. Labeo l. 3. §. 5. de acquir. vel amitt. possess. & alii  
passim, qui juris voluminibus inserti stabilem à Principali splendore  
authoritatem consecuti sunt Const. de conf. ff. & Proæm. Inst. §. 6. l. 1. §. 5.  
seqq. l. 2. §. 10. 20. l. 3. §. 10. de vet. jur. enucl. ut in causis jam decisis, quas  
infringere periculosum est l. 3. de crim. sacrileg. autoritates Poëtarum  
& aliorum scriptorum tantum illustrent & parum aut nihil probent  
in illis, quorum significationem sibi jus familiarem habet, qualia  
v. ap. Hœn. in Com. de V. S. ad rub. n. 14. Juris autem rationem examinare  
qui prohibebit, differendi libertatem tollet, quàm adimi sibi non susti-  
nuerunt Alciat. d. l. 163. Bach. ad Tr. multis locis.

LXXXVI. Tantum de primo modo delicta ἐν συμπλοκῇ  
accedente. Alter quantitas discernit furem ab abigeo §. 7. Abigeus  
est, qui pecus unum maius aut plura minora vel frequenter unum l. 3.  
de Abig. alienum l. 1. §. fin. custoditum l. 1. §. 1. vers. caterum. ex armentis,

Q V A N -  
T I T A T E  
dignosci-  
tur abi-  
geus, cuius  
hic l. De-  
finitio.



pascuis l.1. §. 1. stabulis abigit l. 3. h. & i. durissimè punitur damnatus ad gladium l.1. pr. hoc est, ludum gladiatorium Cui. 13. obs. 10. C. A. h. th. 10. vel potius pœnam capitalem Ampliss. Dn. D. Tabor hic contra Matth. c. 2. n. 3. 2. Graviter l.1. §. 3. l. 2. l. 3. §. 1. eod. Neque cum Cuiac. 6. obs. 8. & Par. h. LENIUS legendum Bachov. 2. 30. 2. G. p. 1074. 3. Levius l. 1. in fin. pr. l. 1. §. 3. eod. 4. Extraordinariè l. 2. eod. inscriptione facta vel quod miseris, omissa l. un. C. d. t. de qua mox plura.

II. Defini-  
tionis exa-  
men (1)

LXXXVII. Definierim cui abigeum immemor quantitatis furem discernentis §. 7. h. Quid enim discernat? Si 1. bos vel equus unus abactus crimen abigeatus parit l. 3. de Abig. 2. Novem oves aut infra, tres porci vel infra furtum? Imò 3. si omnis abigeus fur est l. 2. eod. ita Pac. in Anal. Cod. lan. d. t. explicat, ut modò intentari possit accusatio, (3) modò furti persecutio. 4. Si tanquam in fures istud crimen intendi potest, tamen si una tantùm ovis abducta sit. Cui. Par. C. eod. quem valdè juvat l. 1. §. 2. ff. d. t. non negans minus animal abactum, ut vervecem, capram, abigeatum facere, sed leviolem pœnam mereri.

III Exami-  
nis satis-  
factio.

LXXXIIX. Breviter ad 1. quod patet in præfixa legis huius ichnographia, numerus furto aut abigeatui differentiam specificam non infundit, sed accidentaliter discrimen aliquod adjicit, animalibus tantùm minoribus abductis, decem nimirum ovibus aut quatuor porcis, fortè quòd totidem ad valorem bovis adscendant: Veteres enim ovem (2) decussis æstimârunt, bovem centussis Fest. lib. 1. Hinc ad 2. non numerus quivis huius sceleris imaginem præ se tulit aut eam æris jacturam (3) continuit, quæ pœnam extraordinariam suaderet. Ad 3. velut expilatores & effractores atrociores fures sunt, & in eos damnum passus pecuniariter experiri potest Cuiacius Par. eod. ita & in abigeos l. 2. de Abig. Quantitas nihilominus interdum facit, ne reus effugium circumspiciat, dum mavult furti pœna, quàm extraordinaria plecti. Quod nolim ad sensum d. l. un. trahi, quæ volvit accusationem, non furti privatam persecutionem. Quin nisi crimen abigeatus citra furti mentionem sine inscriptione possit intendi, lex otiosa foret, & jam in (4) pandectis tritissima ruminaret l. ult. de privat. delict. Ad 4. qui capram abduxit, ὀμόνυμος abigeus est, quoniam utique abigit: At non tam graviter plecti debet l. 1. §. 2. de Abig.

Thes. 3. ubi  
de Eventu.

LXXXIX. Hucusque consideratum animi propositum excipit eventus §. 8. qui proditis multorum opinionibus, intricatus magis, quàm extricatus censerì debet, aded (malum!) textus in aprico positi sæpè tenebris obducuntur, & perversis imaginationibus corrumpuntur, ut si simplici legentis iudicio relictì fuissent sine negotio potuissent intelli-

intelligi. Cùm nuper in cuiuspiam explicationem variarumque lectionum & dissentientium authorum recensionem incidere, ad risum commovebar. Nam ecce, neglectis utilioribus hesitabatur in vocabulo **CLEMENTISSIMO**. I. Quòd in Codice Pandectarum Thusco referatur & alii de reo explicaverint, quasi quodlibet factum tanquam ab homine mitissimo, qui nec ad maleficium animum adduxerit, commissum esse præsumentum sit. Alii de Judice, qui facta atrocità clementissimus spectet & unà oculos ad eventum dirigat. Et quamvis uterque sensus ab hoc loco sit alienus, assumptò Græcorum exemplò *in fine §. positò*; Prior quidem, quòd grave dictu futurum sit, Græcos non ignovisse homini mitissimo, casu cædem admittenti. Posterior verò quòd voluntario exilio lui fortuitos casus Græci voluerint, atque adèò clementer minimè spectaverint, tamen eas sententias non ini-  
 quas esse.

*Sensus*  
**CLEMEN-**  
**TISSIS-**  
**MVS**  
*l. a non ne-*  
*mine con-*  
*jectatur.*

**XC.** Verùm istæ sententiæ utut intolerabiles neque rectè confutantur, neque rectè comprobantur. Ex fine §. convelli nequeunt, quoniam ille magis ad impetum deflectit, quàm ad casum merè fortuitum, de quo agit principium, quæ post manifestiora fient. Nec in se deinde vel abstractæ ab hac sede laudari possunt: Falsum enim est, Judicem rigorem juris negligendo, ex quo consilium aliquibus in causis punitur, pœnas ad solum eventum infligere posse causasque ex æquitate discutere, quam in cerebro suo cogitat *l. 5. §. 4. de O. & A. l. ult. de Extr. cognit. l. ii. h. ac si frustra pœnam LL. flagitarent, etiamsi doloso proposito non responderit eventus damnosus l. 14. ad L. Cor. de Sicar. l. 6. ad Leg. Jul. de vi pub. l. 53. de furt.* Asserta deinde de reo præsumentum dolosè facinus non perpetrâsse, æquè facilliant, quippe in rebus illicitis præsumentum dolus *Finckelth. D. F. 10. §. 9. latè Menoch. de presump. l. 5. pres. 2. n. 34. & pres. 3. n. 45. l. 1. & 5. C. ad Leg. Cornel. de Sicar. l. 5. C. de In. ur.*

**XC I.** 2. Apud Accursium, omnes veteres & Pontificem *dist. 1. de pœnit.* legatur à **DEMENTISSIMO**, quòd ad reum retulerint & interpretati sint, **JCTum** velle, dementes quoque puniri, quòd absurdum sit. Nihil autem absurditatis istam interpretationem alere, si juxta fortuiti casus imaginem capiatur, quâ quis ita fascinari potest, ut perfecto facinore videatur sibi mente caruisse, aut cæcum rerum æstimatorem extitisse, suo loco subjiciam.

**XC II.** 3. Post recensitas aliquorum alias correctiones & repudiatas, ille ipse fatetur, sine ultimis remediis locum hunc salvum esse non posse. Novam igitur arripit textus mutilationem, & reponit legendum

II. Genui-  
nus resti-  
tuitur us-  
que ad th.  
100.

dam esse: EVENTUS SPECTATUR UTIQUE COMMUNISSIME, QUAN-  
QUAM CORNELIA LEX NON MINUS. Si quis hîc esse mendam jura-  
verit, aut nescio quâ ductus superstitione obruderit, sexcenties aliter  
emendari malim. Præstat limpidam suæ luci reddi. Nempe delinquitur  
aut casu aut proposito aut impetu *l. ii. §. 2. b.* In omnibus spectandus  
est eventus, quem cum *C. A. b. th. 15.* nolumus opponere nudis volunta-  
tibus, quæ non in iudicium vocari possunt *l. 18. b.* apertè propter  
periculum sequelæ: Hominis occidendi causâ cum telo susceptas di-  
vagations eventum esse nominandas, quæ prorsus ab eo separantur  
*§. 8. b. vers. quanquam. l. 14. ad L. Corn. de Sicar.* Sed cum Wesenbecio  
*Par. b. num. 8.* pro rei tam exitu, quàm causa finali, quam *medietatis*  
intenderat. Patet hoc: Epuidem per regulam in fronte Jctus intimat:  
EVENTUS SPECTETUR! Postea sui dicti gratiam factururus, ad memo-  
ratam delictorum trigam applicat. (1) ad casum, dicturus, verbi gratiâ  
ea spectentur, quæ à clementissimo quoque facta sunt. (2) ad propo-  
situm, non quidem directò, sed sub antipophora: Regesseris enim  
Judicem non ad eventum alligandum esse, qui conatus eventum præ-  
cedentes punire possit eòdem sæpè supplicio, quò punitur ipse exitus  
*d. l. 14. ad L. Corn. de Sic.* Respondet Jctus: Eventus rationem in genere  
habendam esse, quanquam Lex (*Cornelia*) non minùs eum, qui occi-  
dendi hominis causâ cum telo fuerit, quàm eum qui occiderit, puniat.  
Concisè, justè, perspicuè!

XCIII. CONCISE inquam: quia brevitatis exceptionis copio-  
sam testatur regulam, nec se pluribus exemplis illustrari repugnat. (a)  
illam utique. Non tantùm delicta involuntaria, sed etiam voluntaria,  
civiliter turpia jure prius non censentur, quàm eventus animo respon-  
derit *l. 1. §. 1. vers. hac autem. Quod quisq; jur. l. 3. §. 19. ad Scium Silan. l. 7.*  
*de Jurisd.* Nec (b) exceptio nimium est constricta admittens delicto-  
rum naturâ turpium exempla compluria, in quæ nitentis conatus  
etiam punibilis est *l. 225. de V. S.* Licet ille in quibusdam maleficiis con-  
summationi debeat esse propinquior, in gravissimis sufficiat remotior,  
ut reum læsæ maiestatis facit voluntas paucillum imperata *l. 5. C. ad*  
*Leg. Jul. Maiest.*

XCIV. JUSTE: Nam casus humanum consilium providere  
non potest, *l. 1. §. 11. de Magistr. conv.* & ab impetu protruditur factum  
velut subito inconsulti animi motu *f. l. 1. & 2. de LL. t. t. de obl. que quasi*  
*ex del. nasc.* At eventus, quem finem vocamus ex animi deliberato  
consilio descendit *l. 1. Si adv. del. l. 39. de furt. l. 14. ad L. Corn. de Sicar.* In  
prioribus igitur nullo damno dato vel exitu cessante, parum est, de  
quo

quo conqueraris. In posteriori; crimine quamvis nondum consummato præter eventum cessantem, voluntas etiam spectatur & conatus pœnæ subicitur: per eventum enim stetit, non per maleficium, ut exitu suo careat maleficium *l. 5. de Episcop. & Cleric. l. 1. de extr. crimin. l. un. de rapt. virgin.*

XCV. Tandem PERSPICUE: Annues enim ordini, qui propositum casui subicit, si attenderis hoc fieri propter factorum mentionem. Superfedere voluit JCtus novâ assumptione post explicatum impetum facienda, quæ statim expediri potuit hoc sensu: In delictis casu factis eventus spectatur: Sed in veris delictis etiam voluntas. Quibus omnibus postponit impetum, qui voluntariis maleficiis aliquando plus vel minus accedit *A. Matth. in proleg. tr. crim. c. 1. n. 3.* Interim securus esto, divisionem non confundi, quâ delicta dispescuntur in voluntaria & involuntaria. Hæc casu fieri vel impetu, prout intendit Marciani series *l. 11. §. 2. h.*

XCVI. (3) Ad impetum. Cùm judex eventum intueatur, ideò apud Græcos exilio voluntario fortuiti casus luebantur *h.* Casus fortuitos intelligo, quibus culpa commissionis, ut hîc ira circa talos, causam dedit. Quæ post elucidabo, præcedentibus paulò pleniùs expositis.

XCVII. Casu delinqui (*κατὰ χρῆσιν αἰῶς*) colligitur, cùm non ex affectu & proposito hominis, sed fato malum contingit *l. 1. C. ad L. Cor. de Sic.* quod inter punibilia perperam relatum videri possit: Equidem quæ casu contingunt, fato imputantur *d. l. 1. nullis hominum curis evitabilia l. 6. C. de pign. act.* Dicam: Non omnia puniri, quæ septem hisce circumstantiis continentur §. 2. & 3. *h.* attamen in judicis examen adduci. Licet enim Clericus cum Clerico luserit, & in terram projectum cultello ad latus suspenso occiderit *c. 9. extr. de homicid.* occidit tamen & inquisitioni Corneliæ submittitur *l. 5. §. 2. h.* Quod si damnum vel levissima culpâ dedisse convictus fuerit, Legis Aquiliæ reus est *l. 44. ad Leg. Aquil.*

XCVIII. Igitur interest, utrum quis illicitæ rei det operam & casum culpa præcesserit, quæ cùm in L. Corn. non incidat, morte naturali non debet lui *l. 7. ad Leg. Corn. de Sicar.* nisi culpa tam mali sit exempli ut speciali ratione ab ipsa lege notetur v.g. poculum abortionis aut amatorium *l. 38. §. 5. h.* ex quo textu *Freh. 1. parerg. 17.* nequicquam probat, qui partum animatum abigit, ultimo supplicio esse afficiendum! An verò rei licitæ & casum non culpa hominis, sed fatum pepe-



peperit, qui nec puniri debet *Bart. d.l.ii. §.2.b.* Hanc distinctionem suggerit Clerici μετὰ μόρφοσι in equum *c.8. extr. de homic. & tonso-* ris exemplum, qui, pilâ vehementius in eius manus percussâ, servo, quem radebat. gulam præcidit *l.ii. ad. L. Aquil.*

**XCIX.** Utroque tam culpâ carente, quàm culpam secuto casu delinquentem clementissimum appellaveris, quòd vel suum pater filium, aut amicus amicum, quem amat intimè, fortuitò possit interficere. An enim Capellanus ille, qui, ut comedendi appetitum aliquantulum excitaret, equum adscendit, & ruptò frenò cùm equus irrueret, puerum oppressit *cap. 13. extr. de homicid.* concitatum caballi cursum potuerit reprimere, si charissimorum quisquam obviam ìsset? Aut si externam rerum speciem extemplò judicare malueris: Dic dementissimum venatorem, qui pro fera interfecit hominem, *d. l. ii. §. 2. b.* fortè putans bestiam *Acc. l. i. C. ad L. Corn. de Sicar.* Aut putatorem, qui ex arbore ramum Vulcano sacrificaturus, Deo Ditive immolavit animam *l. 31. ad Leg. Aquil. l. 7. de Sicar.* Ita lectionem à clementissimo vel dementissimo contra mirabiles aliorum tricas tueri possumus, dementiamque ex ipsa re nominare, quemadmodum aliquando dolum *§. 3. Inst. qui & quib. ex caus.*

*Impetus  
& exiliū  
Voluntarium.*

**C.** Casus purè fortuitòs à pœnis exemimus: At culpa mixti *Bachov. 2. 32. 6. a. p. 1273.* quibus impetus puerilis iræ vel ebrietatis causam præbuit, apud Græcos exilio voluntario luebantur, ut apud *Hom. Iliad. 23.* puer Patroclus cùm in ludo talario subitò excanduisset, & Clisonymum collusorem interemisset, ex Opunte patria relegatus est. Accursius hîc voluntarium exilium interpretatur, arbitrato Judicis statuendum, quod Budæus improbat, & mavult aut liberum, hoc est, non certo loco circumscriptum, quod historiae convenit: non enim Judicis jussu, sed voluntate patris Patroclus ad Pelei domum deductus est, cuius jussu comes Achilles post esse cœpit & amicus: Aut ἀπειθαυσιμόν, Φυγήν ἐπ' ἐνιάυσιον Διὸς Φόνον ἀκρίσιον, quòd extorres ad locupletis limen sederent & postularent admiffæ cædis expiamentum.

*Pœna ag-  
gravatur  
ob provin-  
ciarū mo-  
rem.*

**CI.** His circumstantiis res punibiles communiter examinantur: Sed insuper interdum pœnæ sunt exasperandæ propter provinciarum morem vel delinquentium multitudinem *§. 9. & 10.* Regionis mos *LL. communibus præfertur l. 18. §. 3. de instr. vel instr. leg. l. 34. de Reg. iur.* Hinc i. messium incensores gravius in Africa puniuntur, quia multum, inquit Accursius, nascitur ibi de frumento, ut apparet ex argu-



argumento metallorum. Quid? si *Phœnix* expers ob nimium Solis  
fervorem parcius segetes producit? Solem enim vineas maturare, Lu-  
nam seu Cererem fruges Poëta cecinit:

*Liber & alma Ceres, vestro si munere tellus  
Chaoniam pingui glandem mutavit arista  
poculâque inventis Acheloia miscuit uvis,*

aut subjecta flamma citius dilatatur, universum campum consumptu-  
ra? 2. Vitium incisores in Mysia: vel propter opportunitatem de-  
linquendi, vel maius damnum inde resultans *Wes. Par. h. n. 8.* Scope-  
lismus in Arabia *l. 6. de Extraord. cr. 4.* Abigeatus in Hispania, aut ubi  
frequentius est id genus maleficii *l. 1. de Abig.*

CII. 5. Ubi metalla sunt adulteratores monetæ *h.* Inprimis  
metallorū feraces perhibentur in Propontide Peloponnesus & Gypsus  
insula Ægypti *l. ult. C. h. Nov. 22. c. 8.* Damnati in metallum Iustiniani  
tempore, vel etiam deportati in Gypsum mitti solebant *Novell. 142. c. 1.*  
*Cuiac. 8. observ. 27.* Illyricas quoque provincias, Macedoniam, Da-  
ciam, Mediterraneam, Mœsiam, Dardaniam metalliferas testantur  
*Imp. pp. l. 4. de Metall. Lib. 11. Tit. 6.* Nam quædam provinciæ metalla  
habent, quædam non habent *l. 8. §. 4. h.* Dicitur metallum quicquid  
eruitur ex terra, ut lapides, cretæ, arenæ, ferrum, sulphur *Cuiacius*  
*15. observ. 21. l. 3. & 6. de Metall. l. 9. §. 2. & 3. l. 13. §. 5. de usufr.* Hic  
præcipua metallorum genera intelliguntur, ex quibus monetæ cu-  
duntur, ut aurum, argentum, æs *vid. Plin. lib. 33. caq. 7.* Jure commu-  
ni adulteratæ monetæ pœna non tantum capitalis est *l. 8. de fals.* sed ad  
flammarum exustionem aliquando progreditur *l. 2. C. de Fals. mon.*  
ut multis prosequitur *C. A. 48. Tit. 10. num. 14. p. 1744. Domb. c. 65.*  
*& c. 123. num. 12. & seqq.*

2. Trans-  
gressorum  
multitu-  
dinem.

CIII. Nonnunquam evenit, ut aliquorum maleficiorum  
supplicia exacerbentur, quoties nimium multis personis grassantibus  
exemplo opus est *§. fin. l. 28. §. 3. & 10. h.* Confestim cum Piscatore quis  
concludat: Igitur propter infrequentiam delictorum pœnæ minu-  
antur, quas Legib. sancitas esse, nec immutandas constat *l. 1. §. 4. ad Scrum*  
*Turpill.* Deinde frequentia delicta mitius puniri, quam quæ raro com-  
mittuntur: Nam plurimum locorum alibi stupra & adulteria rarissima  
gravius puniuntur, quam hic frequentiora. Priori Bachovius satisfacit  
*2. 30. 3. G.* pœnam delicto proportionatam non posse minui. Posteriori  
in genere *Domb. graviter in iudices conniventes c. 89. n. 5.* In specie  
addimus, jure municipali pro utilitate communi contra rationem dis-

F putan-



putandi singulariter quædam recipi posse *l. 51. §. 2. ad L. Aqu.* argumentò decimationis, quâ, si à multis flagitium esset admissum, sortitione facta, in quosdam animadvertitur, ut metus ad omnes, pœna ad paucos pertineat *Gail. lib. 2. de pace publ. c. 9. n. ult.*

CIV. Hoc innixi baculo Imp̃p. Draconis lege velut Athenis revocata *Gell. lib. 11. c. 18.* invalescenti furto, duro nodo, durum cuneum patibulum aliâque pœnarum acerba genera quæsiverunt, *Friedericus 2. F. 27. Carolus V. ord. crim. art. 159. 150. 162.* Quibus constitutionibus saniores patrocinantur: Furibus intempestivè benevoli maledicunt, quas sectas collegit *Carpz. pr. crim. q. 77. n. 18.* Bachovius, ut solet fluctuat 2. 30, 3. G.

CV. Ex hætenus traditis, quòd crimina quædam inconsulto fiant animò, quædam deliberatò, multa casu, quibus diversa supplicia constituta sunt, confectarium fluit, omnia peccata paria perperam Stoicos opinatos esse.

Nunc eja littus video, quò fessam cymbam demittam, DEO structurus aram, & fidelissimis Naucleris statuam!



CLARIS.



CLARISSIMO  
Dn. CANDIDATO!

**M**ateriam punibilium Tibi sumis honoris  
 Augusti specimen nobile, grande decus  
 In discernendis poenis subtiliter urgens,  
 PICCARTE, ingenio iudicioque potens.  
 Dum punire doces, Tibi præmia conficis inde,  
 Poena coronarum causa segesque Tibi est.  
 Nil nisi virtutum meritis, PICCARTE, coronas,  
 Non IMPUNE tamen præmia tanta capis.

*Ludeb. gratulabundus*

Joh. Georgius Dorscheus,  
 SS. Theol. D.

Die Freundschaft/teurer Freund / die wir bisher geübet/  
 Durch deren trieb ich dich / du mich getrew geliebet/  
 Vergleich ich einer Quell / die nimmer nicht erstirbt/  
 Die täglich neue Krafft / vnd Frischheit ihr erwirbt.  
 Dein Tugend vnd Verstand / dardurch du dir verbunden  
 Manch edlen hohen Geist / dadurch du Gunst gefunden  
 Hier vnd zu Wittemberg / dort da Ihm offenbar  
 Gott selbst hat erwehlt sein Feuer vnd Altar/

Den

Den gleich ich einem Berg/als dessen hohe Spizen  
Bis an die Wolcken gehn/ vnd selbe vnterstützen.  
Hieher ihr Klarien/ lasse ewre Träume stehn/  
Hier ewer Pindus sey/hier ewer Hippokren.

Zu schuldigen Ehren vnd Dienst meines  
sonders vornehmen hochgeehrten  
Herrn / Freundes vnd Gönners  
willig hinzu gesetzt

Von

M. Johann Büttner auß  
Stresenhausen in Francken.

---

*Pæna τὸν Θεῶν! Res est punibilis, Optime Fautor,  
Scripta hac egregio charta labore Tuo.  
Hæc tamen impunis pæna est, cùm præmia donet,  
Plectanturque boni tantum, ubi pæna τὸν Θεῶν.  
Severam legem laudas, ut candida virtus  
Rursus ab hac rigido jure probata cluat.  
Nulla parat quicquam nisi pœnas littera legis,  
Et mercede tamen Te celebrare parat.*

Hæc.

Pietatem suam testaturus

f.


Joseph: Junta, Arg.

F I N I S

X 2615934

wort





475.

PRÆSIDE DEO.

*Magnifico, Nobilissimo & Amplissimo  
Consilio Iuridico in alma Argentoratensium  
Vniversitate, decernente:*

DISPUTATIO INAUGURALIS  
LEGITIMA

1649, 5.

*De*

REBUS PUNIBILIBUS  
E L. XVI. DE POENIS

*Juxta septem modos exhibitis,*

*Quam*

Pro summis in utraque Jurisprudencia  
privilegiis & honoribus ritè capeffendis

*Solemniter examinandam edit*

GUOLFG: JACOBUS PICCARTUS

Suinfurtens. Fr.

*Anno 1649. die Julii.*



ARGENTORATI

Imprimebat JOHANNES Piffel/ Typogr.

